





2
3
4
5
6
7
8
9
10
11



ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ

I.

DIATRIBARVM
CANONICARVM,

DE

JURIS CANONICI LIBRIS,

QVOD,

D. O. M. A.

PRÆSIDE

JOACHIMO CLVTEN

MEGALOPOLITANO,

J. V. D. ET P. P.

PUBLICÆ CENSURÆ SVBMITTIT

PHILIPPVS DAVBER

ALZEANO-PALATINVS.

of (o) so



ARGENTORATI,

Anno M. DC. XXVI.

31 475.

1626,5

70

~~LXIX~~



PROCYLON
DAVIELS
DIATRIBLARIUM
CANONICARUM

JURIS CANONICI PRINCIPES
SERVATI ET
EXPOSITA

JOHANNES DAVID
1715

JONATHAN CLYDE

M. A. B. P. S. T. A. S.
A. V. T. O. S. T. A. S.

PUBLICA CENSURA SUBMITTIT

PHILOSOPHUS DAVIEL

PHILOSOPHUS DAVIEL
PHILOSOPHUS DAVIEL
PHILOSOPHUS DAVIEL
PHILOSOPHUS DAVIEL

In hoc libro sunt continendi
etiam in intellectu et sententia
et in philosophia et in historia
et in philosophia et in historia

(1)

CLARISSIMIS
VIRIS,

DAVBERIS
FRATRIBVS,

DN. HEINRICO, PHILOSOPHO;
DN. JOHANNI, THEOLOGO;
DN. REINHARDO, JURISCONSULTO.

ET

GENERIS SPLENDORE,
RERVM USU ET
EXPERIENTIA
CONSPICVIS,

EHEMIIS
FRATRIBVS,

DN. PHILIPPO,
DN. FABIANO;

HIS

AVVNCVLIS;

ILLIS

PATRVIS

SVIS HONORANDIS.

*Ipsa quidem virtus precium sibi, solaq; late
Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, nec se tristes demittit ad ictus.
Muneribus contenta suis.*



Iceat vos ita affari, viri Honoratissimi, cum
ex patre meo intellexerim, genitores ve-
stros, Christophorum Ehemium Electora-
lis Palatinatus Cancellarium, & Johannem

(:) 2

Dauberum, Principis & patriæ suæ Senatorem præcipuum, Avos meos, versiculos recitados, quod dici solet, & theoreticè & practicè sibi optimè cognitos, in delitijs habuisse, feliciter adeò in longam senectam, versatos, & feliciter denotose esse; Superfunt qui utrūque noverunt: Quem defectum certè suppleret Hereditas luculenta, quam in omni scientiarum genere cum ipsa virtutis officina, non solùm, ut sui debebāt, legitimè crevistis, verùm etiam vindicias ejus, contra omnes alienæ Fortunæ vsurpatores, quos infelici & iniquo hoc seculo omnes boni sentiunt & deplorāt, intactas conservastis.

Quid ego horum & vester nepos?

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas:

Et ut genuinum agnosceretis, propositiones has ab Amplissimo & Consultissimo viro, præceptore & præfide meo observando elaboratas, in hac Argentiniensium Academia, licet impar, publicè defendendas suscepi, & vobis, ceu symbolon aliquod studiorum meorum, inscribere volui: securus in hoc

In via virtuti nulla est via, vis licet adsit.

Ceterum infantulis & tenerioribus alieno baculo eousque inniti liceat, quousque adultiores & firmiores viribus proprijs rectà incedere possint. Quod vos, si Deus annuerit, à me propediem expectare, & interim bene valere jubeo: Argentorati 20. die Februarij anni salutis nostræ. 1626.

Nepos vester officiosissimus

PHILIPPVS DAVBER ALZEANVS
PALATINVS.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ

I.

DIATRIBARVM
CANONICARVM,

DE

JURIS CANONICI LIBRIS.

RESPONDENTE

PHILIPPO DAVBER

Alzeano Palatino.

I.

Juri Canonico operam daturum, prius nosse oportet, vnde nomen Canonis descendat. (a) Est autē à Græco κανών, (b) quod est regula, (c) appellatum. (d) Jus verò canonicum est (e) pontificiorum civiū bene vivendi & agendi certa ac præscripta regula. (f)

(a)



Rg. l. 1. in pr. de I. & I. Quia nomina sunt notæ rerum: Et, ut ait Imp. Justinianus in S. Est & aliud. 3. Inst. de Donationib. consequentia nomina rebus esse studentes &c. l. Defensores. s. Ibi,

A

nominis sui tantum fungantur officio &c. *C. de Defensorib. civit.*
 Et, boni esse Legislatoris apta nomina rebus imponere, scribit
 Plato in *Cratylo*. Nam omnis appellatio ad declarandas res vide-
 tur imposita. Magn. Aurel. Cassiodor. *Variar. lib. 8. Epist. 18. circ.*
fn. Et, grata sunt omnino nomina, teste eod. *lib. 6. Variar. Ep. 7.*
 quæ designant protinus actiones: quando tota ambiguitas au-
 dienti tollitur, ubi in vocabulo concluditur, quid geratur. Cui
 enim adimitur nomen in jure, etiam res & effectus nominis de-
 trahitur. *l. A nullo. 4. C. de Ferijs. (b) can. 1 & 2. Dist. 3. (c)* eò
 quod rectè ducit, nec aliquando aliorum trahit. Alij dixerunt
 regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam rectè viven-
 di præbeat, vel quod distortum pravumq; corrigat. *d. can. 2. Dist.*
3. Petr. Gregor. Tholosan. Partit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 2. cap. 1. lit. c.
Matth. Wesenbec in œconom. Jur. Canon. in pr. lit. b. Joan. Azor.
Lorcitan. Instit. Moral. part. 3. lib. 1. cap. 6. in pr. Ibi, Primò quaritur.
Henric Canisius in Summ. Jur. Canon. lib. 1. t. 1. Vincentius Filliu-
cius Moral. qq. tom. 2. tractat. 31. cap. 1. n. 24. Vnde Canonici, iam
 olim, in ecclesijs quibusdam dicti sunt clerici regulares, ab ob-
 servantiâ videlicet regulæ seu peculiaris instituti vivendi. Joan.
 Capet. *de Orig. Canonico. & eor. offic. in pr.* Joan. Franc. à Ripa *ad*
Rubr. de Constitut. num. 26. ubi latè. Apud Ecclesiasticos scripto-
 res (præsertim recentiores) *ναῶν* varijs modis particulariter
 sumitur. 1. Pro regula & norma disciplinæ sive politiæ Ec-
 clesiasticæ. 2. Pro sacrorum librorum catalogo, quorum
 inviolabilis est autoritas, & ad quos, veluti certissimâ normam,
 exigenda sunt omnia religionis Christianæ dogmata: in hac si-
 gnificatione usurpatur in synopsi divinæ scripturæ Athanasio
 attributa. Et hi dicuntur esse in canone, sive canonici: his apo-
 crypha opponuntur, aliæque quæ sunt extra Canonem. 3. Pro
 catalogo eorum qui ecclesijs in quocunque munere serviebant.
Laodic. Synod. can. 24. 4. Pro certa benedictionis cœnæ
 mysticæ formula. 5. Pro fidelium Episcoporum & præser-
 tim Martyrum catalogo, quorum in solennibus precibus me-
 moria celebratur. Ideò autem pro catalogo ponitur, quòd cata-
 logus certa norma & regula esset ijs dignoscendis qui in illo re-
 censebantur. 6. In concilijs sive conventibus Episcoporum,
 quæ

JURIS CANONICI.

quæ statuebantur desiniebanturque decreta, sive illa pertine-
rent ad dogmata Christianæ religionis, ab hæreticis fortè impu-
gnata, sive ad mores & vitam Christianis dignam, & ritus ac ce-
remonias sacrorum, Canones appellabantur, Joan. Franc. à Ripa.
ad d. Rubric. de Constitut. n. 26. Ut in illa Justiniani sententia, Le-
ges non dedignantur sequi sacros canones. *Nov. 83. Ut clerici apud
propr. episcop. primùm conven. Cui concordat Nov. 5. in fin. Accurf.
ad d. Nov. 83. in Verb. Sequi.* Lex civilis etiam rectè Canon dicitur,
si est approbata à canone, ut tradit Joan. Franc. à Ripa. *ad d. Rubr.
de Constitut. n. 29.* Aliàs canon, in Imperatorum constitutioni-
bus, anniversariam pensitationem, præstationem, functionem,
collationemque significat. *l. 1. C. de Indictionib. l. Unic. C. de Col-
lat. donat. vel relevat. l. Quia nonnunquam. 3. C. Quæ res venir. non
pos. l. Ult. C. de Collat. fund. patrimon. l. Meminimus. 2. C. de Præd.
tamias. l. pen. & ult. C. de Divers. præd. urb. & rustic. l. Placet. 8. C.
Theod. de Extraord. sive sordid. munerib. l. Super. 30. Eod. de Annon. &
tribut. Sic impositum canonem, pro qualitate iuris cuius prædia
sunt vel loca, per singulos annos solventes, *l. Jubemus. 14. C. de
Fund. patrimonialib. Canon anniversarius, l. Judæorum 17. C. de Ju-
dæis. antiquitus institutus. l. Nihil. 2. C. Th. de Condit. in public. horr.
Aurarius, l. Privata. 10. C. de Excusat. muner. l. Privata. 13. C. Th. d. t.
de Extraord. sive sordid. muner. Civilis, l. Si qui. 5. C. de Divers. præd.
Novell. Valent. & Mart. de Præd. civit. omn. Delegationis, d. l. Privata.
13. C. Th. de Extraord. sive sord. mun. Emphyteuticus, l. Cum. 3. C.
de Jur. emphyt. Glebæ, apud Sidon. Apollinar. lib. 6. Epist. ad Censof-
rium. Metallicus, l. Ob metallicum. 2. C. de Metall. fundor. privat. vel
emphyteuticor. l. Tertiam. 19. C. Th. de Exact. Portoriorum, Imp.
Justin. Edict. 13. cap. Quoniam. 8. in pr. Patrimonialis, l. Quicumq. 7. C.
de Omni agr. desert. Publicus, l. Quia. 3. C. Quæ res venir. non pos. l.
Intra. 8. C. Th. de Murileg. & gynæc. qui δνυόσιος Κανὼν, in l. 1. C. de
Annon. & tribut. Rei privatae, l. Sciant. 3. C. de his quæ ex public. col-
lat. illat. Senatorius l. Docuit. 4. C. Th. de Præd. Senat. Suarius, Nov.
Maiorianit. 4. de Indulgent. reliquor. Telonei, Cassiodor. lib. 5. Va-
riar. Epist. 39. Titulorum omnium, l. Ex possessionibus 16. C. Th. de
bon. proscribt. Vestium, l. 1. C. de Milit. vest. Canon frumentarius
Vrbis Romæ, Rubr. C. de Canon frument. Vrb. Rom. Lápriid. in He-**



liogabalo. Jusserat & canonē populi Romani unius anni meretricibus, lenonibus, & exoletis intramuranis dari: extramuranis alio promisso: cum eo tempore, iuxta provisionem Severi & Trajani septem annorum canon frumentarius Romæ esset. Spartian. in Severo, Rei frumentaria, quam minimam repererat, ita consuluit, ut excedens ipse vita, septem annorum canonem relinqueret. Appellatur & canon Urbicarius. l. 2. & 3. C. de Canon. frument. Urb. Rom. & l. Certum. 3. l. Ne deinde. 6. C. Th. Eod. t. Canon urbanus, l. Naviculario. 27. C. Th. de Navicular. Canon sacratissimæ Urbis, l. Neminem. 5. C. Th. de Canon. frument. Urb. Rom. Canon largitionalium titularum. Rubr. C. de Canon. largit. titul. De pensatione canonis publici latè Petr. Gregor Tholos in Syntag. Jur. Univers. lib. 3. c. 5. Dicuntur & canonici equi, l. Equos. 3. C. Th. de Equor. conlat. vestes atque equi, ceteræque canonicæ species, l. Juxta. 14. C. Th. de Navicular. Canonici tituli, l. Excepto. 36. C. Th. de Annon. & tribut. Canonica indictio, l. Jubemus. 4. C. de Proxim. sacror. scrinior. & c. Pensatio, l. Præter. 2. C. de Lucris advocat. & concuss. offic. Solutio, Nov. Theod. & Valentin. t. 33. de Relev. aderat. vel donat. possess. Vestis, l. 1. C. Th. de Distrab. pign. qua tribut. caus. tenent. Canonica præbitiones, l. Earum rerum. 4. C. Th. Tribut. in ipsis speciebus. infer. Porro horum annuorum canonum exactores, Canonicarij appellantur, d. Nov. Maioriani t. 4. de Indulg. reliquor. Novell. Just. 128. cap. Et in hoc. 5. Cassiodor lib. 12. Variar. Ep. 13. Hinc canonicaria fides, Idem lib. 3. Var. Ep. 8. & canonici solidi, iusti & regulati pond. ris, Idem lib. 2. Var. Ep. 25. Dicuntur & epistolæ canonicæ, principum publicæ. Idem lib. 11. Var. Ep. 23. & literarum canonicarum fit mentio in Concil. Laodicen. Can. 41. Edit. 2. Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum sine canonicis literis, id est formata, alicubi proficisci. Sunt autem literæ canonicæ, epistolæ ecclesiasticæ, ex decreto Patrum, in Concilio Nicæno certis quibusdam characteribus conformata, quas Episcopi clericis iter ingredientibus, tutelæ ergo & fraudis evitandæ gratia, salvi conducti instar, impartiri solent. Nam sanè cum in ecclesia primitiva, multis adhuc hæreticis, schismaticis, apostatis, idololâtris, & atheis, in Christianos pessima quæque machinantibus, ecclesiarum Antistites multorum fraudibus expositi essent, ne quis vel indignus alicui Episcopo

scopo

JURIS CANONICI.

scopo obrepere, vel dignus merito subsidio ab aliquo fraudari posset, constitutum est, ne clerici sine literis Canonicis iter ingrederentur, ita ut hoc veluti certissimum esset argumentum sincerae fidei, si quis hujusmodi literis commendatus ab Episcopo suo ad quemvis alium se conferret, & eo ipso de fraude ac heresi suspectus esset, quisquis peregrinatus his careret. Plenius de his, ex antiquitate Ecclesiastica, differit Gerard. Rodolphus. *in tr. de Literis canonicis, videlicet formatis, pacificis, commendatitijs, ac dimissorijs &c.* Hinc canonica portio, quæ parochiano debetur, de relictis alteri ecclesiæ occasione sepulturæ, *c. De his. 4. de Sepultur.* Hinc quarta canonica, quæ episcopo præstatur, à parochiano sacerdote, de oblationibus & decimis parochialibus, *can. De his. ro. q. 1. can. Vobis. 12. q. 2.* de quo latè Petr. de Vbald. *in tr. de Canonica, Episcopali & Parochiali.* Hinc canonica institutio, quæ secundum regulas iuris facta fuit, *c. 1. de R. I. in 6.* Hinc canonica electio, *c. Cum olim. 7. de Dolo & contumac. præscriptio canonica, c. Cum olim. 18. de Præscriptionib.* Joan. Franc. à Ripa *ad d. Rubr. de Constitut. n. 24. & seq.* Hinc quoque Cyriac. Herdesian. *in Cynosur. Juris Canon p. (mihi) 13.* manasse arbitratur appellationem idiomatis Gallici-Italici-Hispanici, quo vocabulo canon intelligitur tormentum bellicum maius, ad quod falsè alludit HENRICVS MAGNVS, GALLIÆ REX; solitus enim fuit dicere, cum non jure, sed bello quid dirimendum autumeret, vernaculâ linguâ; *On ne se fert point en la guerre du droit canon, mais du canon &c.* Quod idem Herdesianus metricè sic expressit:

*Marte ciere viros quum turbida tempora postcunt,
Nusquam jure canon, conficit omne canon.*

Vel aliter:

*Transfert regna canon potius tormenta q̄ nitro,
Quàm Lex, quàmque canon, jus vel utrumq̄ facit.*

(e) ita vocatur à Cælestino III *inc. Quod clerici. 9. de For. compet.* Aliquando appellatur divinum, *can. 1. 23. q. 7.* quod multa de rebus divinis comprehendat. Aliquando Ecclesiasticum dicitur, ratione materiæ & personarum ecclesiasticarum, quæ potissimum hoc jure reguntur. Joan. Azor, *d. loc.* Aliquando Pon-

tificium, ab autoribus, sacris Antistitibus, qui & Pontifices, ex quorum autoritate hoc jus vim & sanctionem habet. Henric. Canis. in *Summ. Juris Canon. lib. 1. t. 1. in fin.* Joan. Azor. *d. loc. Vincent. Filliuc. Moral. qq. tom. 2. tract. 31. cap. 1. n. 24. (f) d. can. 2. Dist. 3.*

II.

Jus Canonicum in partes duas principales dividitur, Decreta (a) & Decretales. (b) Decreta sunt, quæ constituuntur à summo Pontifice, cum consilio Cardinalium, & Episcoporum, ad nullius consultationem: Et illa fiunt interdum in Concilijs; interdum verò extra Concilia; continentur autem communiter in Decreto (c) Gratiani. (d)

(a) Decretum dicitur quasi cum deliberatione verbum cretum. Bart. ad l. *Nec quicquam. 9. §. Ubi decretum n. 6. de Offic. Procos. & legat.* Jason ad l. *Quod jus sit. 14. n. 78. D. de Rejudic. & ibi allegat.*
 (b) Theod. Straitman. in *compend. exeg. Jur. Canon. in pr.* Alb. Gentil. in *disp. de libr. Jur. Cano. cap. 1.* Joan. Azor. *loc. cit. d. loc. Ibi. Secundo queritur.* Petr. Osterman. in *prodrom. paratitl. Jur. Canon. disp. 2. p. 25.* Matth. Steph. *Discurs. Acad. Vol. 2. Disc. 16.* Hic ex antiquitate sacra quædam aliùs repetenda: Jam inde à temporibus Apostolorum duo fuerunt genera librorum de legibus Ecclesiasticis conscriptorum; unum, quod nudos completeretur Canones tanquam sanctiones quasdam brevissimas; alterum, quod plenam de sacramentis & mysterijs & ceremonijs ac ritibus omnibus Christianis, deque totâ disciplinâ Ecclesiasticâ traditionem,

480.

ditionem, præceptionem, & explicationem contineret. Hoc utrumque librorum genus paulatim crevit, crescente nimirum (sicut fit) per temporum successiones, omni legislatione. QUIDAM scriptores nudos tantum Canones atque decreta tum Apostolorum, tum Conciliorum post insecutorum conscribebant, & nonnullas veterum quorundam Patrum sanctissimorum sententias, ad Ecclesiæ gubernationem plurimum facientes, unà superadijciebant. Hujusmodi scribendi genere contenti fuisse videntur Græci, quorum jus Pontificium scholijs Theodori Balsamonis, Patriarchæ postmodum Antiocheni, illustratum extat, Anton. Possevin *Apparat. sacr. tom. 2. in Verb. Jus canonicum pag. ed. Venet. (mibi) 309. & tō 3. in Verb. Theodorus Balsamō. pag. (mibi) 280.* Hic sub Imperatore Constantinopolitano Emanuele Comneno vixit, anno Christi 1160. Balsamon *in præfat. in jus Pontificium Græcorum.* cum jam diu ante ipsum sacros Canones hujusmodi suis exornassent scholijs Constantinus scholasticus, qui sub Justiniano Imp. floruit, & Photius Constantinopolitanus Patriarcha & Constantinus Harmenopulus, & Matthæus Monachus & Zonaras; omnes nostris interpretibus legum civilium antiquiores. PHOTIUS, ipse collector juris illius Ecclesiastici Græcorum, vixit sub annum Christi 870, contra quem celebrata fuit octava synodus œcumenica, temporibus Hadriani P. II. Balsamon *in præfatione synodi octava seu Constantinopolitana, in templo Apostolorum celebrata.* Libellus Synodicus antiquus à Joanne Pappo editus, pag. (mibi) 93. Salomon Gesner. *de Concil. part. 1. lib. 2. sub annū Christi 870. pag. (mibi) 602. 603* Barthol. Carranza *in Summ. Concilior sub. t. Synod. Vniversal. 8. Act. 1. pag. (mibi) 398.* Anton. Possevin *d. Appar. sac. tom. 3. pag. (mibi) 90. in Verb. Photius.* Enimundus Bonafidius J. C. (quem P. Gregor. Tholosan *Partit. Jur. Canon. lib. 1. t. 1. c. 1. n. 18.* Sigismundum, vocat) edidit quoque Juris Orientalis Imperatorij & Pontificij libros tres: Primus continet Imperatorias constitutiones. Secundus, sanctiones Pontificias Archiepiscoporum & Patriarcharum Constantinopolis Tertius. Responfa, epistolas, & sententias aliorum Patriarcharum sacrorumque patrum. Et hæc ex authentico exemplari Henrici Stephani, anno 1573. excuso.

Malè

Malè sentit P. Gregor. Tholosan. *d. loc.* dum scribit, Beneficium ex jure Orientali libros duos Imperatorum, & tertium Patriarcharum Græcorum constitutionum, & quædam conciliorum capita collegisse. QUIDAM verò juris hujus Ecclesiastici scriptores, res etiam in Ecclesia contra schismaticos & hæreticos, pro fidei Catholicæ defensione gestas, & integras Apostolorum Pontificumque Romanorum constitutiones & Epistolas, Patrumque in Concilijs congregatorum definitiones atque regulas, in volumina sua redigebat. Inter hos est CLEMENS I. Romanus, qui Apostolorum Canones collegit. P. Gregor. Tholos. *d. part. Jur. Canon lib. 1. t. 1. c. 1. n. 9.* Sixt. Senens. *Biblioth. Sanctæ lib. 2. lit. C. pag. (mihi) 106.* Anton. Possevin. *d. Appar. sacr. tom. 1. lit. C. pag. (mihi) 328. ubi latè & nervosè.* Fuit & alia collectio, nomine juris Pontificij & Canonum authenticorum, continens, ex declaratione Leonis Papæ IV. Canones Apostolorum, & Synodorum, Nicænæ, Ancyranæ, Neocæsariensis, Gægrensis, Antiochiensis, Laodicensis, Cōstantinopolitanæ, Ephesinæ, Chalcedonensis, Africanæ, Carthaginensis, & regulas summorum Pontificum, Sylvestri, Cyricij, Innocentij, Zozimi, Cælestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdæ, Simplicij & Honorij Junioris, additæ Decretales epistolæ & sanctiones Romanorum præsidum, *can. Si Romanorum. 1. Dist. 19.* & alia concilia. *can. Sancta. 8. Dist. 16. can. 1. & seqq. Dist. 15.* Post Clementem diligentissimus fuit, ex varijs aliorum (ac inter hos Martini Papæ, hoc est, Episcopi Braccarensis, tunc florentis) collectaneis jã paratis, ISIDORVS HISPALENSIS, sub annū 600 qui incipit à Canonibus Apostolorum, usque ad cōcilium Hispalense secundum, secutus ordinem temporum & provinciarum. P. Gregor. Tholos. *d. loc. nu. 11.* Anton. Possevin. *d. Appar. sacr. tom. 2. pag. (mihi) 291.* Hunc deinde secuti fuerunt, sed parcius atque truncatius paulò, propter & Conciliorum præcipuè vastitatem, & epistolarum Decretalium longitudinem, BURCHARDVS, sive Brocardus, Episcopus Vuormaciensis, Juris Pontificij Doctor, & Decretorum, sive sacrorum Canonum collector sextus, anno Christi circiter millesimo. Vide *can. In nomine. 1. Ibi, Ego Burchardus &c. Dist. 73.* qui est Burchardi. Anton. Possevin. *d. Appar. sacr. tom. 2. pag. (mihi) 291.*

JURIS CANONICI.

parat. sacr. tom. 1. pag. (mihi) 254. Ab hoc nomen habent Burchardicæ, sive Brocardicæ, ut vulgò nominari solent, sive regulæ Canonice, quas Damasus, veteris juris ecclesiastici, canoniceque Doctor conscripsit, & Petrus Salunus Aquilius recognovit, ac ex manuscriptis exemplaribus protulit, qui in præfatione libelli ita scribit. *Burchardica inscribuntur à Burchardo Episcopo Vuormaciensi, qui primus ea tempestate capit jus Pontificum ad generales quasdam theses revocare. Ex Gallis atque Italis plerique, originem verbi ignorantes, corruptè Brocarda & Brocardum appellant.* Hæc ille. Nostro tempore Quirinus Cubach librum generalem Brocardicorum Dd. edidit. Deinde IVO Carnotensis Episcopus, Gallus, quem Beatum appellant, anno Christi circiter 1100, qui volumen Decretorum edidit, quod Pannomiam inscripsit, hoc est, quod omnes complectitur leges, quodque Græcæ linguæ inscientes Panormiam scribunt. Ant. Possevin. *d. Appar. sacr. tom. 2. pag. (mihi) 306.* Sunt & alij, quidam Deus dedit Cardinalis; Anselmus Lucensis; Gregorius cognomine Polycarpus, qui & suum opus Polycarpum inscripsit, ut refert Petr. Greg. Tholos. *Partit. Jur. Canon. lib. 1. t. 1. c. 1. n. 14. in fin.* Hugo Catalanensis, quem nonnulli putant esse authorem Compendij Ivonis, h. e. Pannomiæ. Fulgentius Archidiaconus Carthagenensis, cuius breviationis Canonum meminit Gratianus *in can. Sacrorum. 34. circ. fin. Dist. 63.* qui simul omnes de suo quoque nihil interpretationis atque lucis addiderunt juri quod colligebant, insertis sparsim notulis nonnullis. Denique GRATIANVS noster, anno Christi circiter 1150. uel 1151. ut habet Petr. Greg. Tholos. *d. c. 1. n. 15. (c)* Anton Augustin. Archiepisc. Tarraconensis, *de emēdatione Gratiani Dialog. 1.* scribit, quòd à viris selectis acceperit, in nullo ferè libro veteri Gratiani eam inscriptionem exstare; sed hanc; **CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM.** Sic etiam in melioribus editionibus Antonij Democharis, & Antonij Contij, vox illa, **DECRETVM,** utpote inepta, in multitudinis vocem mutata est; quod in librorum inscriptionibus aptius esse, vel Cicero testis est; quippe qui noluit de officio, aut de fine scribere, sed de finibus & de officijs. Itaque Decretorum collectanea Demochares: Decretorum ca-

nonicorum collectanea Contius inscripserunt. Decretorum verò collectionem esse hanc nemo negaverit, non unius decreti explanationem. Adde criticorum Gregorianorum præfat. in *frontispicio Jur. Can. circ. fin.* (d) Hic fuit natione Etruscus, patria Clusinus, monachus Monasterij Sancti Proculi, sive S. Felicis, ut vult Petr. Gregor. Tholos. *Part. Jur. Can. d. lib. 1. t. 1. c. 1. n. 14.* sive, (ut alijs placet) Sanctorum Felicis & Naboris, Bononiæ, Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Cluniacensis Arnold. Vuion Duacensis Belga, Monachus Ord. S. Benedicti, in opere quod prænotavit LIGNVM VITÆ, ORNAMENTVM ET DECUS ECCLESIAE; ita de Gratiano nostro scribit. *Contigit autem, ait, de Gratiani Monasterio, quod olim de patria Homeri, Monachis Sanctorum Felicis, & Naboris, suum esse asserentibus; Monachis verò S. Proculi contradicentibus, qui Gratianum Monachum suum fuisse affirmât, & pro tali eorum in clauastro, quod hortum respicit, statuum ei marmoream erexerunt. Quibusdam etiam placet, ut Monachus Classensis vocetur, quemadmodum sensisse visus est Joan. Tritheimius, de viris Illustribus Ord. Sancti Benedicti, lib. 2. cap. 113. Sed hallucinatus putatur, quod nomine CLASSIS, sive potius, CLVSIS natum, monasterium pro civitate acceperit, in qua eum esse natum testatur liber dictus POMARIVM ECCLESIAE RAVENNATIS, quod extat in Bibliotheca Vaticana M. S. Ceterum illos inter se conciliari posse putat Arnoldus Vuion, si dicatur, Gratianum Clusis natum, monasticam vitam professum fuisse in Monasterio Sancti Proculi, deinde transiisse maioris commodi gratia, ad monasterium Sanctorum Felicis & Naboris, ibique Decretum composuisse. Quod & coniecisse videtur Carolus Sigonius *lib. 1. de Episcop. Bononiensibus*, non ausus dicere Gratianum monachum fuisse S. Felicis, sed Decretum in eiusdem S. Felicis monasterio composuisse. Opus Decretorum Gratiani editum anno Christi 1150, ut testatur Hugotio, vel Hugo (ut vult P. Greg. Tholosan. *d. part. 1. t. 1. c. 1. nu. 15. lit. ii. & Anton. Possevin. Appar. sacr. tom. 1. in Verb. Gratianus pag. (mihi) 559.*) antiquus interpres, *ad can. Post appellationem. 31. (ut est in Gregoriana editione, sive 28. ut in gl.) 2. q. 6. ad. S. Forma. sub lit. i. Ibi, 1161.* Joan. Calderin. *in proem. Decretal. Joan. Anton. de S. Georgio, dictus**

JURIS CANONICI. II

dictus de Placentia, ante Præpositus S. Ambrosij, post Cardinalis Alexandr. in præfat. Decret. in pr. Valent. Forster. *Histor. Jur. lib. 3. cap. 7. n. 3.* V. Vesenbec. in *Oeconom. Jur. Canon. lit. 1.* Robert. Marant. de *ordin. Judicior. part. 3. n. 39.* Vel, ut alij putant, anno Christi 1151. Petr. Gregor. Tholos. d. loc. n. 15. d. Pomarium Ecclesiæ Ravennatis, hæc de Gratiano habet: *Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus monachus de Classe civitate Thuscie natus, Decretum composuit apud Bononiam, in monasterio Sancti Felicis. In Vaticano vetustissimo ita legitur, Decretum Gratiani monachi Sancti Felicis Bononiensis, Ordinis Sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio, Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo primo, tempore Eugenij Papæ tertij.* Hæc ita referunt Critici Gregoriani in præfat. *Corp. Canon.* Consentit Anton. Possevin. d. *Apparat. sacr. tom. 1. in Verb. Gratianus.* Matth. Stephan. d. *Vol. 2. Discurs. 16.* Aliter Joan. Tritthem. *lib. 2. de Viris illustrib. Ordin. S. Benedicti,* qui scribit, Gratianum decretum composuisse anno Domini 1127. ut referunt Critici Gregoriani in præfat. *circ. fin.* Petr. Gregor. Tholos. d. *t. 1. cap. 1. nu. 15. sub lit. ii,* sed ut ijdem statim subjiciunt, forsan (Tritthemius) de inchoatione operis loquitur. Compositionis huius memoria conservatur Bononiæ apud D. Petronium, ad sacellum D. Sebastiani. Francisc. Siveertius, in *Select. Christiani orbis delicijs. pag. (mibi) 252.*

D. O. M.

Gratiani Clusini Casarei Juris & Pontificij enucleatoris propè divini, qui Monachus in Martyrum Felicis & Naboris ade absolutiss. ibidem opus Decretorum, anno Gratia M. C. LI. compilavit, monimentum, quod illic carie obsorduerat, hic magnificentius re-

novatum est. Joan. Franciscus Aldrovandus Bononiensis IV. Dictator a re publico instauravit. Anno Salutis 1498. Idib. Junij, Joanne Bentivolo I I. P. P. Rempubl. feliciter gubernante.

Et in æde S. Felicis. ubi Gratianus edidit opus Decretorum, in saxo vetustissimo, quod nunc in sacrario reconditur.

Hanc ave partem Lector reverenter adito;
 Namque loci monachus Decretum hinc condidit huius,
 Divinum Gratianus opus, quantumlibet arcto
 Contentus septo: quod, reparando caducum
 Et vetus hoc claustrum, tolli fuit inde necesse.
 Id tamen Abbate constructum est Bartholomeo,
 Mille trecentenis decies septem atque quaternis
 Annis à Christo, pura de Virgine nato.

I I I.

Est autem Decretum Gratiani, quasi quædam farrago sententiarum communium (a) ex Concilijs & scriptis Doctorum, sive Patrum Ecclesiæ; (b) Jurisconsultorum; (c) Imperatorum; (d) ipsius Gratiani; (e) & Paleæ (f) collecta.

(a) Cum enim dispersi circumferrentur Sanctorum olim Patrum, aliorumque Pontificum, vel publicè in Synodis, vel privatim factæ decisiones, quæ Canones dicebantur, ex eo quod essent ceu regulæ certæ sequendæ, atque ex illis, pro rerum, temporum,

porum, personarum, & locorum diversitate, quædam essent varia, neque inter sese admodum consentirent, atque inde incertum esset, utra ex regulis sibi contrarijs potius esset sequenda, Gratianus ea in unum volumen comportavit. Hic labor non omni reprehensione caret: quia aliqua nonnunquam ex suspectis authoribus congeffit, sæpè etiam Sanctis Patribus, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino tribuit, quæ ex aliorum, interdum hæreticorum hominum scriptis deprompta sunt, quod exemplis allatis ostendit Robert Bellarmin. *de Scriptoris. Ecclesiast. in Gratiano*: & quia ipsa met Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, & Conciliorum sententias sæpè non ex originalibus fontibus, sed ex Ivonis, aliorumque compilationibus excerptas, non rarò etiam proprijs verbis vel glossematis permixtas, in medium adfert, sicuti liquidò apparet ex doctissimorum virorum restitutione facta sub Gregorio XIII. anno 1580. Paul Layman. *Theolog. Moral. lib. 1. tract. 4. cap. 6. s. 3. de Jure Communi Canonico. n. 11.* Libet hîc obiter adjicere Rodolphi Hospiniani in tract. *de Templis, hoc est, de origine, progressu, usu & abusu templorum, ac omnino rerum omnium ad templa pertinentium, lib. 3. cap. 5. de Origine & progressu Scholarum: sub Rubr. de Origin. & progressu Scholastica Theologia. pag. (mibi) 430.* iudicium de Gratiani Decreto. *Contigerunt hæc, inquit, ab anno Domini 1020. ad annos usque 1126. quo tempore IRNERIVS summa auctoritatis vir, author fuerat Lothario Imp. ut præciperet jus Romanum, quod vulgò JUS CIVILE vocant, & quo ante adventum Longobardorum Italia semper usa fuerat, proferri rursus, & ex eo causas dijudicari, curaret item Romæ & Bononiæ sicut Constantinopoli, idem publicè prælegi. Fervere igitur cæpit recēs excitatum studium Juris Civilis, certatim in id incumbentibus Italicis & Germanicis ingenijs. Hoc pacto factum est ut Theologiæ studium, ut tum erat, à plerisque negligeretur nec ferè alijs, quàm pauci monachi, ei in hererent: deinde qui a leges Romanæ Imperatoriam majestatem muniebant atque armabant, videbatur ea res ingentem cladem, ac tantum non ruinam, non solum Theologiæ isti, sed etiam recenti nec dum satis confirmatæ Romanorum Pontificum tyrannidi minitari. GRATIANVS igitur monachus his afflictis suæ partis rebus opem laturus, ex adverso*

legum Pontificiarum volumen congesit, circa annos Christi 1150. quod
 DECRETORVM opus nominatur. & hodiè pro primâ parte Juris Ca-
 nonici habetur. In eo Hierarchiam & tyrannidem Rom. Pontificis
 propugnandam susceperat ex Canonum Decretis, non minori conten-
 tione, quàm ceteri Imperatoriam potestatem ex sacris literis & jure
 Romano tuebantur. In hunc finem excerpti sunt Canones in hoc volu-
 mine, ex quatuor potissimum scriptorum generibus: atque alij qui-
 dem ex Concilijs & Synodis: alij verò ex responsis sive epistolis decre-
 talibus Pontificum: alij deinde ex Commentarijs & Opusculis Patrũ,
 ut Augustini, Hieronymi, Ambrosij & similium: alij denique ex histo-
 rijs Ecclesiasticis: aspergit alicubi nonnulla, sed parcius, ex legibus
 Imperatorijs, sed eâ fide, ut magno cum judicio hæc omnia legenda
 sint, multa siquidem falsa, commentitia & notha recitat, tum vera
 impudenter, malitiosè, fallaciter & impiè corrumpit: sæpenumerò
 turpiter errat in authorum & librorum inscriptionibus, Hieronymo
 ascribit quod tribuendum erat Augustino, aut simili: ex uno aliquo
 Concilio profert Canonem, qui tamen alterius est: titulum facit de
 Epistolâ decretali alicujus Pontificis, in cujus tamen rescriptis aut
 mandatis nihil tale legitur: qua de re, totòque hoc Gratiani Decreto-
 rum volumine vide Hyperium de Studio Theologico lib. 4. cap. 5. Et
 tamen tanto applausu acceptum approbatumque fuit à Romanis Põ-
 tificibus, ut mox Eugenius 3. secundum Gratiani Decretorum Cano-
 nes in Consistorijs judicare præceperit: unde etiam liber hic novis Ju-
 risconsultorum Italicorum Summis, tanquam locupletissimus thesau-
 rus illustratus, & omnibus alijs scriptoribus prælatus est. Hæc Hospi-
 nianus. Sed quid de authoritate Decreti generaliter sentiendum?
 Respondeo breviter: Non omnes canones sive capitula decreti
 Pontificij vel Ecclesiastici, juris authoritatem habere creden-
 dum est: sed singula ad propriam originem revocari debent, vi-
 delicet ad Pontificiam authoritatem, quæ sumpta sunt ex Sum-
 morum Pontificum decretis, vel Oecumenicis Concilijs, aut
 etiam non Oecumenicis, quæ tamen postea à sede Apostolicâ
 confirmata sunt: de quibus videndus est Leo IV. in can. De libel-
 lis. 1. Dist. 20. Ad civilem verò, quæ ex Imperatorum constitutio-
 nibus, vel rescriptis: Dicta verò Sanctorum Patrum, ipsiusque
 Gratiani ac Paleæ, quæ Ecclesiasticis regulis, bonisque moribus
 non

non repugnant, licet per se nullam juris auctoritatem habeant, (cum in jure condendo, causisque definiendis, non sola scientia, sed etiam potestas necessaria sit. ut est *in pr. d. Dist. 20. Ibi, Secunda pars &c.*) nihilominus consuetudo obtinuit, ut in externo foro etiam illa ad causarum decisionem inserviant. Sed de his, in sequentibus, in specie plenius dicetur. (b) Quod attinet ad Pontificum rescripta & alias constitutiones; itemque Conciliorum statuta, quæ à Gratiano recitantur, de his est communis & approbata interpretum sententia, Gratiani scripta eatenus probari, quatenus sint apud authores, quos ille adducit, ut notat Alciat. 4. *Parerg. 23.* & refert Alberic. Gentil. *d. disp. de Jure Canonico. c. 2. pag. 15. & seqq.* Quod tamen Canonistæ accipiunt, ut solæ sententiæ patrum inserviant quidem ad sacram scripturam exponendam, non verò ad causas decidendas, vel definiendas, idque simul intelligunt de Veteris Testamenti ceremonialibus ac judicialibus, aut moralibus, ut eatenus juris vim habeant, quatenus à Pontificibus Romanis fuerunt confirmata ac in canones relata: Auctoritas verò Evangelica, cum lex Christi sit, etiam in foro contentioso pro decisione causarum servanda est, quoniam Christus habuit potestatem legis condendæ: Idem & de reliquis novi Testamenti partibus exaudiunt. Herdes. *in d. Cynosur. p. 15* Jason *ad Rubr. de Reb. credit. n. 32.* scribit, Auctoritatem divinarum scripturarum posse allegari non solum ad decisionem causarum Ecclesiasticarum, sed etiam civilium inter laicos. & *n. 33.* addit, sacram scripturam allegari posse in decisionibus causarum, & in modo puniendi. Et hæc obiter. Decreta conciliorum esse pro legibus, placitum est Justiniani Imperatoris *Nov. 131. cap. 1.* At dicta singulorum Patrum Ecclesiæ non sunt leges, nisi quæ Decretalibus aut aliâ constitutione summorum Pontificum expressè sunt comprobata. Philip. Dec. *ad c. Ne innitaris. 5. de Constitut. n. 4.* comprobata sic jus sunt etiam aliorum dicta, Joan. Franc. à Ripa *ad. l. 1. De Rebus credit. si cert. pet. n. 61. Dec. d. loc. n. 5.* & sic alterum in decidendis causis locum consecuta sunt. *can. 1. Dist. 20. c. Cui de. 27. in fin. de Præbend. & dignit. in 6.* Nostra enim facimus omnia, quibus nostram impartimur auctoritatem. Bonifac. VIII. *in c. Si Apostolica. 22. de Præbend. in 6.* Quod ante
eum

eum Justinianus retulit in l. 1. §. Sed neque. 6. in fin. C. de Vet. jur. enucl. Non enim Patres ullam juris auctoritatem habuerunt: At in condendo jure & legibus, non solum scientia, sed & potestas magis necessaria est d. Dist. 20. in pr. Et aliud est habere doctrinam interpretandi, aliud definiendi, & determinandi habere potestatem. Petr. Gregor. Tholos. Part. Jur. Canon lib. 1. t. 1. c. 8. Quin nec eâ mente sancti Patres scripserunt, ut vellent dictata sua habere vim legis. Ut itaque non omnis Principis vox est lex, sed dantaxat id, quod ei visum est, legem esse & legis habere vigorem. §. Sed & quod principi. 6. Inst. de I. N. G. & C. ita multò minus dicta patrum. Vnde Augustinus in can. Noli. 3. Dist. 9. Noli meis literis quasi Canonicis scripturis inservire. Adde can. Negare. 4. can. Ego. 5. can. Quis nesciat. 8. & 2. seqq. d. Dist. 9. De Gratiano porrò id sciendum est, eum sæpè errasse, tribuentem ijs authoribus opera, quorum non essent. Covarr. 4. V. R. 12. 13. 14. quem vide omnino. Deinde dum sua cum verbis Augustini interdum verba continuat, circumspectè legendum, ne Augustini cuncta existimentur, Præterea in can. Ita Dominus. 7. Dist. 19. cum dicit errasse Anastasium Papam in Epist. ad Anastasium Imperatorem, quia voluit rata esse Sacramenta Baptismi & Ordinis, quæ Acacius contulerat, id non Anastasium hæreticum, sed Gratianum minus Theologica scientem, ostendit: Baptizati enim ab hæreticis verè sunt Baptizati, atque item ab ijs ordinatis verè sunt ordinati, quando ordinator hæreticus verè Episcopus fuit, & adhuc erat, saltem quantum ad characterem. Ant. Possevin. d. Appar. sacr. tom. 1. pag. (mihi) 560. Adde Criticorum Gregorianorum, notas ad Gratianum in d. can. 7. Dist. 19. Adhæc, cum in can. In Canonicis. 6. d. Dist. 19. affirmat Epistolas Pontificum Decretales numerandas esse inter scripturas Canonicas: falsus est è corrupto codice, quem ipse habuit Divi Augustini, cui tribuit Canonem illum, quasi extaret in libro ipsius 2. de Doctrina Christiana. cap. 8. Sani autem Codices, & emendati B. Augustini id non habent. Neque verò Augustinus inquit Epistolas eas esse Scripturam Canonicam, quas Apostolica sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere, sicut Gratianus legerat, sed iudicium de scripturis sanctis pertinere ad Ecclesias, atque ad eas potissimum, quæ

quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Covarruv. 4.V.R.16.n.6. Alberic. Gentil. d.c.2.pag.15.16. Præterea in can. Cum societas. 27.q.2. ita scribit Gratianus, ex Leonis Epistola: *Cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta, ut præter commistionem sexuum non habeant in se nuptia conjunctionis Christi & Ecclesie Sacramentum.* Sed emendandus est, ex ipsa Leonis Epistola, ubi illud (NON) omnino non est. Denique can. ult. 36.q. 2. lapsus est Gratianus: Non enim pugnant Hieronymus & Concilium, uti Gratianus putavit. Hieronymus enim tantum dicit, secundum legem veterem licuisse raptori ducere uxorem mulierem à se raptam, si pater eius consentiat; can. Tria. 8 Ead. q. Concilium autem statuit, ut non obstante lege illa veteri, quæ judicialis fuit, & Christianos non obligat, non liceat raptori in uxorem ducere eam, quam rapuit. (c) Inficiari nemo potest, omnes juris Pontificij compilatores multis seculis post Theodosium & Justinianum, Juris Civilis authores, extitisse. Itaque illi ex Codice, Pandectis, Novellis & Authenticis mutuati sunt præcipuam juris Canonici structuram: cuiusque ferè regulæ omnes leguntur in Digestis: item Rubricas Decretalium & Clementinarum desumerunt à jure civili, & eius leges in jus Canonicum transtulerunt. Sed indicem legum & constitutionum Juris civilis, quâs in jus Canonicum transtulerunt conficere superfluum, & lectori ingratum esset; quasdam tamen notabo, ad theses propositæ probationem sufficientes. 1. *Contusionis.* 2. *de Concuss.* expressa est in can. *Contusionis.* 1. q. 1. l. *Lege Julia.* 3. *cum l. seq. de lege Jul. repetund.* in can. *Lege Julia pen. 1. q. 1.* disertim legitur. l. 1. l. *Cui.* 3. §. *Ad finitates.* 1. *de Postuland.* extant in can. *Infames.* 3. q. 7. totus ferè titulus *de Testib.* est in can. *Si testes.* 4. q. 2. & 3. l. *Aut facta.* 16. *de Pœnis,* excepto §. 9. & 10. extat in can. *Aut facta.* 19. *de Pœnitentia Dist. 1.* (d) Omnes leges t. C. *Si contr. jus vel utilit. pub.* præter primam, ut & l. *Sancimus.* 3. l. *Si qua.* 4. l. *Vniversa.* 7. usque ad §. *Pragmaticas.* 1. C. *de Diversis rescript.* adducuntur in can. *Dicenti. Vers. Prescriptione,* cum seqq. 25. q. 2. *Multæ ll. t. C. de Testibus,* extant in d. can. *Si testes.* 4. q. 2. & 3. *Novell. Justin. Imp. 23. de Appellationibus.* extat integra in c. *Anteriorum legum.* 2. q. 6. & *Nov. 123. cap. Si quis contra.* 21. in can. *De persona. Ver. Si quis contra.*

Ⓞ



11. q. 1. Ex Authenticis reperiuntur: *Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles. in can. Quia ingredientibus 19. q. 3.* Item *Auth. Si qua mulier. C. Eod. in can. Si qua mulier. 19. q. 3* Sic *Auth. Hoc jus porrectum. Auth. Sicut. Auth. Item pradium. Auth. Sed & permutare. Auth. Item sibi invicem. Auth. Perpetua. Auth. Qui rem. Auth. Si quas ruinas. Auth. Qui res jam dictas. & l. Jubemus. § Sanè ne omnis. 5. Vers. Si quando igitur, usque ad vocabulū INVICEM, continentur, ordine turbato, in can. Ea enim. Vers. Hoc ius porrectum & seqq. usque ad fin. 10. q. 2.* Sic *Auth. Offeratur. Auth. Libellum verò. C. de Litis contestat extant in can. Inducia. § Offeratur. & §. Libellum verò 3. q. 3.* Sic *Auth. Quod fieri. C. de Dilationib. in d. cā. Inducia. §. Quod fieri. 3. q. 3.* reperitur. Hæ Imperatorum leges & constitutiones, quæ in decreta relatæ leguntur, sanè juris auctoritatem habent, quæ & mutari à Gratiano, ut homine privato, non potuerunt; & licet mutatæ essent, nihilominus tenent auctoritatem juris eam, quam tenerent, si juri Canonico insertæ non fuissent Sed dubium hic oritur: An leges istæ & constitutiones enumeratæ, posteaquam in Decretum relatæ leguntur, quid amplius sint consecutæ? vel; An etiam jure canonico teneant (ut loquuntur) quæ ibi sunt exscripta juris civilis? Albericus de Rosate ad Rubr. D. de testibus (referente Alberic. Gentil. d. disput. cap. 2. pag. 13.) ita scribit, *Quasi totus titulus iste canonizatus est in Decretis. in can. Si testes. 4. q. 2. & 3.* Sed melius de hac re differit Henricus Canisius in *Summ. Jur. Canon. lib. 1. t. 1. in not. pag. (mihi) 3.* Mirari, inquit, satis non possum imperitiam eorum, qui leges civiles in Decretum conjectas, eo ipso putent esse canonizatas, id est, in numerum sacrorum Canonum relatæ; cum ipse Gratianus, utpote homo privatus, eas canonizandi potestatem non habuerit; sed eam retinent auctoritatem, quam ante habuerunt. Hęc ille. Joan Franc. à Ripa ad c. Ex parte. 2. de Rescript. n. 80. sic scribit, *leges, quas Gratianus inseruit in decretis, dicuntur simpliciter registratæ, non canonizate, nec approbata in foro canonico, (quia Gratianus non habuit talem potestatem, ut ait Philip. Decius ad d. Auth. Ingressi. C. de SS. Eccl. n. 2. Ripa d. loc. n. 79.) tū autem lex dicitur à Pontificibus canonizata, quando in canone reperitur incorporata.* Nicol. de Tudisc. Abb. Panormit. ad d. c. Ex parte. 2. n. 9. de Rescript. Philip. Decius d. loc. n. 1. & 2. Libet hic subijcere

cere

cere iudicium Joan. Azor Lorcitani *Instit. Moral. part. 3. lib. 1. de Jure & Justit. cap. 6. de Jure Canonico. Ibi, Primò quaritur &c. Constat, ait, jus Canonicum aliquando ex legibus civilibus, videlicet constitutionibus Imperatorum & veterum Jurisprudentum responsis: quæ quidem quatenus Jure Canonico approbantur & confirmantur, vim & locum habent in Ecclesiâ; aliàs verò minimè. Et hæc sententia meritò probanda Cæp. de cogn. lib. ju. ca. scribit, quod lex, posita in medio unius capituli, censeatur canonizata. Hic observandum est, quod Romani Pontifices in decidendis causis, & in negotijs Ecclesiarum & clericorum, sapissimè fundent suas decisiones in dictis legum, ut patet in *can. Ex antiquis. 9. Dist. 54. can. Accusatores. 1. Vers. Cuius in agendo. 3. q. 9. can. Cum devotissimam. 8. can. In legibus. 12. q. 2. can. Visis. Ibi, Divina enim leges. 16. q. 2. can. Id constituimus. 17. q. 4. c. Ex parte. 2. de Alienat. judic. mut. caus. c. Dilecti. 4. c. Innotuit. 12. de Arbitr. c. Novit. 13. de Judicijs. c. 1. de Juram. calum. c. 1. de Confess. c. Ad ultimum. 2. c. Pastoralis. 5. de Caus. possess. & propriet. c. In causis. 15. c. Cum à nobis. 28. de testib. & adtestat. c. Venientes. 19. de Jurejurand. c. 1. de Sentent. & rejudic. c. Secundò requir. 41. de Appellat. c. Cum dilectæ. 4. de Confirmat. util. vel inutil. c. Cum ab omni. 10. de Vita & honestat. cleric. c. Nulla. 2. de Concess. præbend. c. Inter alia. 6. de Immunit. Eccles. c. Præterea. 2. de Sponsalib. c. Ex diligenti. 12. de Simonia. c. Calumniam. 4. de Pœnis. c. Quid per novale. 21. de V. S. Et in 6. c. Dudù. 14. circ. fin. de Præbend. & dignitat. Auctoritate. 7. de Concess. præbend. c. Ut inquisitionis. 18. c. Cum secundum. 19. de Heretic. c. Si iudex. 12. de Sentent. excommunic. Felin. Sandeus ad c. Ecclesia S. Mariæ. 10. de Constitutionib. n. 38. Denique & illud non est omittendum, quod ex Decian. *Tract. Crimin. lib. 2. cap. 18. n. 22.* refert Alberic. Gentil. *d. disp. de Jur. Canon. cap. 2. pag. 14.* quod si aliqua lex civilis canonizata & recepta jure hoc (sc. Canonico) abrogetur ab Imperatore, ea tamen manebit hoc jure & servabitur. (e) Fuit Gratianus unus de tribus fratribus; cuius alter frater Petrus Lombardus librum sententiarum conscripsit; & tertius Petrus Comestor (sive Comestoris vel Manducatoris) qui scholasticam historiam edidit. Author libri, cuius titulus, *Modus legendi abbreviaturas in utroque jure, sive processus juris.* De posterioribus duobus consule Sixti Senens.**

Bibliothec. & Anton. Possevin. Appar. sacrum. Dicta Gratiani in Decreto plurima sunt, quod etiam Joann. de Turrecremata notat in proem. Decretal. pro laude Gratiani, ne fuerit aut librarius, aut compiler tantum. Quæ verò ista sint Gratiani notandum à variâ typorum forma, ut monet Alberic. Gentil. d. loc. pag. 21. Guido de Baiiso Archidiaconus Bononiensis ad Decret. Dist. 1. in pr. Humanum. ita scribit; Queri consuevit, cuius sint ista verba HVMANVM GENVS &c. & dicas, quod sunt Gratiani, quod patet per dictionem infra (in pr. can. 1.) positam HINC. &c. Ubique enim ponitur HINC vel IDEM, vel similis dictio, vel junctura dictionum, scilicet, DE HOC, vel DE HIS, vel hujusmodi, præcedentia verba sunt Gratiani: non tamen semper verum est hoc, ut inter S. & can. ponatur HINC vel IDEM, ut Archid. statim subiicit. Ad Gratianum quoque illa referenda, quæ de alijs ipse refert, non quasi eorum verba, at quasi sententias: nam ipsius utique interpretatio isthic est; & addit, imminuit, immutat pro arbitratu suo. Id verò illic est, ubi & id videtur voluisse ipse significare, quum ait, Ex dictis Hieronymi; Ex dictis Augustini &c. de quo notant aliquid Gregoriani Critici in præfat. Sed & alibi est, quum epigraphe habet solum nomen authoris, ut non semel iidem observant. Alberic. Gentil. d. loc. pag. 24. circ. fin. De his & alijs huc pertinentibus, alio in loco, commodius & prolixius agetur. Varios & infinitos errores Gratiani recenset & emendat eruditissimus Antistes Tarraconensis, Antonius Augustinus, Juris nostri verus & alter instaurator in Dialogis quadraginta de Emendatione Gratiani, Herculeo sanè labore confectis. Scatere librum mendis, quorum ab se emendata trecenta, & alia ab alijs, scribit Covarr. 4. V R. 12. 13. 14. & non intellectos authores Gratiano aliquando, quos citat: & in historijs credendum eidem non omnino: & sæpe citare illa quæ Aniani sunt, (Cancellarij Alarici Gotthorum Ducis) pro Codice Theodosiano; item pro sententijs Julij Pauli. Sic & pro Novellis Justiniani accipit epitomam Juliani Patricij ac Antecessoris Urbis Constantinopolitanæ. Beat. Rhenan. ad Tertull. de Coron milit. Ad verba; Etiam antelucanis cætibus. Sic in Decretis (inquit) Burchardi Vuormatiensis Episcopi legitur, quem secutus est Gratianus. Cuius excusum typis volumen, Dy boni, quam

quàm mendosum reperietur, si quis cùm manuscriptis antiquarum sanctionum libris conferat Idem ad verba, frontem signaculo terimus. Porro non me fugit idem caput à Gratiano repetitum esse in can. Ecclesiasticarum. 5. Dist. 11. Verùm quia mendosissimè legitur in vulgatis Decretorum codicibus, indubiè studio depravatam ac mutatum, volui sinceram lectionem hìc proponere. Itaque per Christum te rogo lector, ut cùm excusis libris conferas. Videbis quàm corruptè multa apud Gratianum legantur. Hæc ille. Plenius de his Alber. Gentil. d. disp. pag. 18. Et ne hodiè quidem Decreti Decretalium-que libros à mendis repurgatos tradit Elbert. Leonin. Emendat. sive Observat. lib. 2. cap. 1. n. 1. Nunc de autoritate dictorum Gratianeorum pauca quædam subiicienda. Antiquiores primò in consilium adhibebo, & quid de dictis Gratiani senserint videbo. Joan. Franc à Ripa in d. c. Ex parte. 2. n. 78. de Rescript. Secundò videndum est, ait, An dicta Gratiani inserta Decretis etiam dicantur approbata: Resp. non insistendo in verbis, communis sententia est quod non, secundum Abbat. Panormit. in d. c. Ex parte. 2. n. 9. & ibi Dd. communiter. de Rescript. & addit Panorm. d. loc. dicta Gratiani quotidie reprobantur, sicut dicta alterius Doctoris: & dicta Gratiani reprobatur gl. in Summ. Dist. 13. lit. d. & Dist. 18. in Summ. Verb. Constituendum. Ibi, Illud non est verum, gl. can. De Syracusana. 13. lit. b. Verb. Quæsit. Dist. 28. gl. can. Cenomanensem. 12. §. Cum ergò. lit. c. Verb. de fornicatione. Non dicit bene. Dist. 56. gl. can. Statuimus. 7. §. His omnibus. lit. i. Verb. His omnibus. Ibi, Hæc solutio non valet. Dist. 61. gl. can. Valentinianus. 3. lit. a. Verb. Electus. Ibi, Et ita malè dicit G. Dist. 63. gl. can. 1. lit. g. in fin. In Verb. Sicut. Superficialis est argumentatio magistri. & can. Presbyteri. 2. lit. a. Verb. non reiteratur. Ibi, quod falsum est. & can. Ecclesijs. 3. lit. f. Verb. formatas. Ibi, Et licet Gratianus dicat, quod corepiscopi dare tales poterant, illud non credo. Dist. 68. gl. can. Scire debet. 8. lit. b. Verb. Eorum. Ibi, quod falsum est. & §. Necessariò. lit. n. Verb. Observantia. Ibi, Hìc malè dicit. Dist. 76. gl. can. Sicut Christus. 75. lit. b. Verb. Vnde oro te. gl. can. Cum scriptura. 83. lit. q. Verb. Jeroboam. Ibi, Secundum falsum intellectum Gratiani. gl. can. Quod quidam. 98. §. Non ergò. lit. a. Verb. Potestas. Ibi, sic verum dicit, aliàs mentitur. & lit. b. Verb. Potestatem. Ibi, Non bene argumentatur. 1. q. 1.



gl. can. Et si illa. 22. §. Breviter. lit. l. Verb. *Utrum in eodem ordine.* Ibi, nec bene solvit hic Gratianus. 1. q. 7. gl. can. *Euphemium.* 7. §. *Hinc colligitur.* lit. c. Verb. *Infamem.* Ibi, Hic fateor planè te mentitum Gratiane. 2. q. 3. gl. can. *A iudicibus.* 30. §. *Quod de arbitris.* lit. h. Verb. *Valebit.* Ibi, Hoc falsum est. gl. can. *Ei qui appellat.* 38. §. *Nullus.* lit. a. Verb. *Et hoc in notorijs.* Ibi, Illud de suo ponit Gratianus, & malè. 2. q. 6. gl. can. *Si testes.* 2. §. *Soli testes.* lit. b. Verb. *Instrumentis.* Ibi, Verba sunt G. & malè intelligit. 4. q. 3. gl. can. *Nullus.* 2. §. *Aliquando.* lit. d. Verb. *Per officiales.* Ibi, Hoc exemplum non valet. 4. q. 4. gl. can. *Testimonium.* 6. §. *Nec honore.* lit. th. Verb. *Jurejurando.* Ibi, Hæc sunt verba Gratiani : nec dicit verum. 11. q. 1. gl. *Sum.* lit. a. Ibi, & malè & can. *Præcipimus.* 24. §. *Cum ergò.* lit. l. Verb. *Sed notandum est.* Ibi, malè solvitur. gl. can. *Nulli.* 27. lit. d. Verb. *expendat.* Ibi, Mirum est quare Gratianus non inducit. 12. q. 1. gl. can. *Non sanè.* 13. lit. l. Verb. *nec medico.* Ibi, *Præmittit.* 14. q. 5. gl. cã. *Si quis.* 22. §. *Qui autem.* lit. h. Verb. *Repetundarum.* Ibi, Magister erravit in nomine huius tituli. 17. q. 4. gl. can. *Si illic.* 25. §. *Sed obijcitur.* lit. b. Verb. *Achab.* Ibi, confundit historiam &c. 23. q. 4. gl. can. *Sic quippe.* 41. §. *Ex his omnibus.* lit. d. Verb. *Ex his.* Ibi, malè dicit Gratianus. 27. q. 2. gl. can. *Si quis cum.* 24. §. *Quamvis.* lit. i. Verb. *Illud verò.* Ibi, Quandoque bonus dormitat Homerus: vagatur G. & post. somnando attribuit. 32. q. 7. c. *De quarta.* 4. lit. f. Verb. *Quadragenaria.* Ibi, prout distinxit Gratianus, & malè. *de Prescriptionibus* &c. Et tamen Gratianus magister appellatur. gl. *ind can.* 1. *Dist.* 68. lit. g. *in fin.* & *in Summ.* d. *Dist.* 13. & *d. can.* *Euphemium.* 2. q. 3. §. *Hinc colligitur.* *in verb.* *Infamem.* In quo nota scribit Alberic Gentil. d. *disp.* pag 22. quod magistrum appellat Gratianum : quod est, Doctorem & interpretem, non legislatorem, vel authorem juris. Ex recentioribus ita Henric. Canis. *in Summ. Jur. Can. lib. 1. t. 1. in not.* pag. 3. Idem omnino (quod ante sc. de Canonizatione dictum fuerat; vid. *præced. lit. d.*) censendum est de dictis ipsius Gratiani; nisi quatenus autoritate vel vivâ juris ratione juvantur. Alberic. Gentil. d. *disp.* pag 23. *in pr.* Adde etiam Joan. Azor. *Lorctan. Instit. Moral. part. 3. lib. 1. cap. 6. de Jure Canonico.* Ibi, *Tertio queritur.* (f) De hoc nomine sunt variæ Doctorum hominum opiniones. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leves continerentur,

nerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alij quasi τὰ παλαιά, id est, antiqua: quod ex antiquis Codicibus descripta, omissa autem in transcriptis: alij quasi additiones quasdam, derivata, aut potius depravata voce ab adverbio πάλιν, id est, rursus, quo scriptores etiam Latini tempore Gratiani uterentur. Sed Joannes Andreae, in additionibus ad Speculatorem, t. de Disput. & allegat. § fin. In Verb. Earum. Joan. de Imola ad Rubric. de V. O. Joan. Anton. de S. Georgio, Cardinalis Alexandrinus in proem. Decretor. Jason ad Rubr. t. Inst. de Actionibus. n. 12. putant esse nomen proprium alicujus discipuli Gratiani: Sed in nomine non conveniunt. Cardinal. Alexandrinus d. loc. vocat eum PROCOPALEAM: Jason d. loc. QVOTAPALEAM, & addit fuisse Cardinalem & discipulum Gratiani; Critici Gregoriani appellat eum PROTOPALEAM: Communiter vocatur Palea: hic collectioni Gratiani, capita illa, quæ habent inscriptionem PALEA, adjunxisse fertur. Audiamus Criticos Gregorianos differentes: *Vt in re tam certa (inquiunt) aliquid elici conjectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia quæ in impres-
fis: quamvis vicissim in illo additiones aliqua sint, quæ in his non habentur. In alio literis per antiquis descripto, Palea ipsa recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleraque. & partim quidem cum palea nomine, partim verò sine ullo à ceteris capitibus discrimine. Ex quâ observatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primùm adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano (ut fit) inter componendum aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum conjuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam verò esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quòd multæ & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiani collectores habentur: quod suis locis indicabitur. Hæc illi. Franc. Curtius Junior in tract. de Feud. part. 1. q. 1. n. 3. ita scribit, decisiones Gratiani, quatenus ratione non juvantur,*



juvantur, dicuntur palea, quia deficit autoritas legis condenda. Gilbert. Reginus Noferenus lib. 1. ἐναγνοφ. 24. Vox Palea, inquit, quæ plurimis in locis Decretorum est apposta, non fuit à Gratiano adscripta, sed à Pontifice Eugenio III. nō me meum fallit iudicium. Nam cum Decreta compilasset Gratianus obtulit ea Pontifici, qui librum recognosceret, & autoritate publicā donaret. Relegens opus Pontifex, notavit velut asterisco capita, quæ minimè placebant, nec ulla erant autoritate valitura & paleas appellavit; ut quemadmodum palea ad grana frumenti vilia sunt, nulliusque momenti, sic capita notata omni pondere carerent inter cetera. De Palea in can. Constantinus. 14. Dist. 96. quā Constantinus magna omnia Romano Pontifici tribuit, notandum, quod licet sit palea, & pro palea inferatur, multum tamen grani Ecclesiæ attulerit. Joan. de Imola ad d. Rubr. de V. O. Everard. à Middelb. in Topicis, in loc. à Verisimil. n. 16. Frid. Pruckman. de Regalib. M. 2. Effect. 7. n. 103. pag. (mibi) 603. Memorabile est quod scribere ausus fuit Joan. Frac. Ripa ad Rubr. de Constitut. n. 17 in med. Citatur, ait, tx. in pr. Dist. 20 ubi dicit, quod Christus commisit Petro clavigero, jura cœlestis & terreni Imperij. Quidam dicunt quod hic textus palea est, & verum dicunt; quod est Gratiani, qui gratiam Pontificis aucupabatur. Author Bruti fulminis Sixti V. in s. Soluta potestas. n. 103. pag. 273. ita habet. Canones, qui Palea inscribuntur, certæ fidei non sunt, nec ut authentici allegari possunt, cum in solius Gratiani, aut Paleæ ejus discipuli autoritate innitatur, ab ijsque nomē suum invenerint. Adde eundem d. n. 103. circ. fin. Sed Gregoriani Critici (ut supra dictum) non contēendas illas paleas esse putant, quod multæ & in Decretalibus & apud veteres Gratiani collectores habeantur. Verum aliud est, contemni, aliud, non allegari pro authenticis. Ut ut sit: Huius Paleæ, qui discipulus fuerit Gratiani, si Rubricæ Decreti sunt, sive ipsiusmet Gratiani, non obligant, etsi perfectam habeant orationem: quæ & falsæ aliquando sunt, & neque Pontificum, neque Conciliorum sunt. Latè Capoll. de Cogn. lib. jur. can. Vide omnino D. Martam, in tr. de Jurisd. part. 1. c. 30. n. 35. & seqq. Ubi de Palea differit, & authorem Bruti fulminis refutare conatur, Hæc de paleis, quæ in Decreto: Nam quæ sunt in Decretalibus, eæ vim habent legis, ut suo loco dicetur.

I V.

Decretum Gratiani dividitur in tres partes: (a) Prima continet Distinctiones, quarum sunt centum & una: (b) Secunda comprehendit causas, quarum sunt triginta sex: (c) Tertia est de Consecratione, (d) & quinque Distinctiones complectitur. (e)

(a) De hoc volumine recitantur vulgati versiculi:

*Vna cum centum distinctio sit tibi prima,
Sex ac triginta causa sunt parte secunda,
Tertia consecrat, ac finit distinctio quinta,
Vel sic brevius;*

*C. distinguit & I. causas dat X tria cum Sex
Panitet V versum. vult consecrare reversum.*

(b) Sub singulis ponuntur canones, sicut sub titulis librorum juris civilis leges & paragraphi. Ex his si quid allegetur, nominari primò solet Canon, deinde numerus distinctionis additur. E. g. *can. Hadrianus. 22. Dist. 63. can. Victor Honorius. 2. Dist. 97.*
(c) Hæ sunt quasi consultationes de quæstionibus controversis; & sub singulis causis aliquot sunt quæstiones; sub quæstionibus canones. Ex hac parte citationes fiunt hoc modo. *can. Sufficiat. 27. (sc. causa) q. 2.* Semper causæ nomen omittitur, & numerus eius ellipticè tantùm ponitur. Præterea causæ tricesimæ tertie quæstio tertia etiam septem novas distinctiones continet, quæ de Pœnitentia inscribuntur. Ex hoc tractatu de Pœnitentia citationes fiunt in hunc modum: *can. Aut facta. 19. de Pœnit. Dist. 1.* Totus iste locus desumptus est ex *l. Aut facta. 16. De Pœnis.*
(d) & de Sacramentis, ut Baptismo, Confirmatione, & Cœna

D

Domini; aliqua etiam de consecratione Ecclesiarum & altarium, nec non de jejunio & ferijs ecclesiasticis ibidem recensentur. (e) quibus etiam canones subijciuntur. Ex hac parte ita allegare solemus. V.g. *can. Altaria. 31. de Consecrat. Dist. 1.* In fine Decreti annectuntur Canones pœnitentiales, quorum notitia (ut habet inscriptio) viris Ecclesiasticis est valde necessaria. De quibus ita Herdesianus Cynos. *Jur. can. pag. 17.* scribit. *Canones, qui pœnitentiales inscribuntur, in cachinnos potius sui lectorem solvunt, quam hymnos, aut veteris hominis abiectioem.* Deinde subijcti sunt Canones Sanctorum Apostolorum, per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatum Episcopum, (talisis est inscriptio) in unum congesti; Horum interpres est Gregorius Haloander Zuicciavienfis, aliàs dictus Hoffman, qui etiam post constitutiones Novellas Impp. Justiniani, Leonis & aliorum, corpori juris inferti & à Dionys. Gothofredo notis illustrati sunt. Canones autem Apostolicos olim vocabant quoscunque, non ab ipsis modò Apostolis, sed successoribus eorum factos. Anton. Cont. 2. *Subsec. lect. cap. 1. n. 5.* De his audiamus Gratianum ex Isidoro in *can. Canones. 1. Dist. 16.* *Canones qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter apocrypha deputata.* Et Gelasium, referente Gratiano, in *can. Sancta. 3. Dist. 15. S. E* quibus, *Vers. Liber canonum Apostolorum apocryphus: seu, ut Anton. Cont. d. loc. n. 4. in fin. scribit, virgula quasi censoria de familia sacrorum librorum exemptus.* Carolus Molinæus, Ictorum Galliaæ facilè Princeps, in *annotat. ad Jus Pontificium seu Canonicum, ad d. can. 1. Dist. 16. Verb. sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur: Et meritò, inquit, quum sint ibi pleraque superstitiosa, & dudum post Apostolos inventa, licet ea (sed indoctè) miretur Haloander in fine Novellarum.* Critici Gregoriani tamen ad *can. Præter. 6. Dist. 32. Vers. Sciendum verò &c.* scribunt, quod Canonibus Apostolorum Orientalis & ex parte Romana utatur Ecclesia. Andr. Osiander, in *Papa non Papa. cap. 1. de Scriptur. sacr. q. 9.* Hos canones non observari in Gallia ex Imbert. 3. *Instit.*

Instit. 1. notat Dionys Gothofred. *ad Rubr. Canon. Apostolic. lit. a.* Sed Franciscus Turrianus Hispanus S. J. adversus Magdeburgenses Centuriatores. pro canonibus Apostolorum & Epistolis Decretalibus Pontificum Apostolicorum libros quinque edidit, ad quos lectorem remitto, meum non est, hac vice, tantam componere litem. Et hæc hæctenus. Quæritur hîc. An Gratiani Decretum polleat autoritate juris & in judicijs & scholis, quæ admodum Decretales Epistolæ Pontificum, quæ publicè per Pontifices pro jure proponuntur? Sunt novitij quidam scriptores, qui testantur Gratiani Decretum ab Eugenio III, sub quo vixit Gratianus, approbatum fuisse. Vide vitam Gratiani ex varijs Biographis excerptam & recentioribus editionibus Decretorum præfixam. Ibi, *celeberrimum opus Eugenius III. approbavit.* Rob. Marant. *de ord. Judic. part. 3. n. 34.* refert, quod aliqui dicant, quod liber Decretorum fuerit approbatus per Eugenium Papam. Valent. Forster. *d. loc. n. 4.* Ibi, *Hoc opus Eugenius Pontifex & approbavit, & in Academijs publicè proponi mandavit.* sed hoc habent ex Trithemio, apud reliquos Historicos altum eâ de re silentium. Contrarium statuunt Canonistæ communiter in suis præmijs ad Decretum Gratiani. Joan. Andreæ. *ad c. Ex parte. 2. in fin. de Rescript.* unde non potest dici authenticum. Maranta *d. n. 34. circ. med.* Joan. Azor. Lorcan. *Inst. Moral. d. part. 3. lib. 1. de I. & I. cap. 6. de Jur. Canon. Ibi. Quartò quæritur.* Felin. *ad d. c. Ex parte. 2. n. 44. de Rescript.* Frederic. de Senis. *Consil. 76. Incip. Domino auditori &c.* Et novissimè Paul. Layman. *in d. Theologia Morali lib. 1. tract. 4. cap. 6. § 3. de Jure communi Canonico. n. 12.* opus hoc, si ve totum complexum Gratiani à nullo hæctenus Pontifice confirmatum esse scribit, suosque authores allegat Joan. Major. *in 4. d. 27. q. 6. propè finem.* Rodriq. *tom 1. Regul. qq. q. 6. a. 2.* Suarez *in lib. 4. de Legib. cap. 5. n. 6.* Henric. Canis. *in d. Summ. Jur. Can. lib. 1. r. 1. in notat.* attamen quia est communiter approbatum à populo, & publicè legitur in scholis, sicut alij libri authentici, ex hoc censetur liber Decretorum authenticus & facit plenam fidem. Nicol. de Tudisco Abb. Sicul. Panormit. *ad d. c. Ex parte 2. n. 9.* Ripa *n. 77. de Rescript.* Jason. *ad Rubr. de Reb. Credit. n. 27.* Marant. *d. n. 34. in fin.* Et, ut addit Layman. *d. loc. n. 12. in fin. consuetudo obti-*

nuit, ut in externo foro etiam illa (sc. quæ in Decreto continetur) ad causarum decisionem inserviant : nisi quatenus continet rubricas & paleas. Joan. Andreæ in addit. ad Guil. Durand. Episcop. Mimatens. Specul. Jur. lib. 2. part. 2. t. de Disput. & alleg. advocat. §. Satis 6. n. 15. Quod autem confirmata Decreta legimus generaliter, illud intelligitur factum, non ad dicta Gratiani, sed ad dicta Pontificum, & sanctorum Patrum: in dubio enim confirmatio, quæ potest referri ad actum validum & invalidum, intelligitur se ad validum referre. Ripa. d. loc. n. 81. & ibi allegati. Et quidem approbata sunt capitula sanctorum Patrum Decreti Gratiani, non quod in eo scripta sint, sed quia alioqui per se recepta sint, nec plus autoritatis habent quam per sese habeant autoritates ipsæ sive Pontificum sive Conciliorum, sive quorumlibet scriptorum aliorum, ex quorum fragmentis Decretum suum Gratianus post Isidorum, Burchardum & Ivonem & alios confarcinavit, Joan. Azor. d. loc. Ibi, Quarto queritur. In proprijs autem Gratiani verbis, nihil est majoris autoritatis, quam quantum ratio & æquitas per sese patiantur, cum non plus tribuatur (in solis quidem suis) Gratiano, quam interpreti cuidam alteri. Quid multis? cum hætenus Decretum cum reliquo juris Canonici corpore unâ circumferatur & frequentetur; illudq; postremò Gregorius XIII. Pontifex anno 1582. die 2. Jun. ei annumeraverit, atque adeò recognosci, emendari, retineri curaverit, & nihil addi, mutari, imminui jusserit (ut videre est in epistolis Decreto præfixis) non est quod in hac re amplius laboremus, Henric. Canis. in d. Summ. Jur. Canon. lib. 1. t. 1. not. sub lit. a. pag. 3. Hoc opus Gratiani præcessit omnem collectionem Decretalium, ut attestatur Jac. Cuiac. in c. pen. & ult. de Sent. & re judic. & probant interpretes veteres & alij, qui, cum capita Decreti Gratiani referunt, semper addunt, S V P R A, quo ipso significant primam Decretalium collectionem factam esse post Decretum Gratiani. Libet hîc adjicere Francif. Duareni (quem Ludovicus Charondas 1. περιδαν. cap. 6. §. 3. Papinianum Gallie vocat) de Decreto Gratiani, judicium; qui in præfat. librorum, de Sacris Eccles. minist. ac benefic. ita scribit. Totum jus canonicum, quo nunc utimur, præcipuis aliquot voluminibus continetur.

Vnum

JURIS CANONICI.

29

Vnum est à Gratiano compositum, quadringentis fere abhinc annis, quod varijs canonibus sententijsq; veterum patrum undiq; collectis refertum est, decretorumq; titulo inscribitur. Nec eo libro ullus est in hoc genere utilior, quamvis in eo nonnihil desiderent eruditi. Fatetur Martialis quodam versu, in suis libris mala plura esse, quam bona, aut mediocria, nec aliter ullum scribi librum solere: nemo tamen sanus ideò libros ejusmodi omnes contemnendos, aut rejciendos esse dixerit. At Gratianus noster plurimis abundat præclaris aureisq; sententijs, ut æquum non sit, ob nonnulla, si qua in eo deprehenduntur errata, è studiosorum manibus librum longè utilissimum excutere, nullo duntaxat meliore, probatiorèque allato. Hæc ille. Et eleganter Joachim Stephani. de Jurisd. lib. 4. c. 3. n. 9. Hoc opus quod Gratianus collegit, non contemnendum est, dum a vitam religionis Ecclesiasticorum severitatem & disciplinam præ se ferat. De opere Decreti Gratiani pulchrè & latè differit, idque commendat Thomas Naogeorgus, in præfat. tractatus, cui titulum indidit: Rubrica, sive summa capitulorum Juris Canonici &c. ubi inter alia sic scribit. Mihi igitur id agitati commodum visum est, relegere Gratiani opus Decretorum, quod mihi olim placuit, non herclè Latinitatis & styligratia, (insunt enim multa barbara & Gotthica, quod & Laurentius Valla constat, & nemo humanioribus imbutus literis diffitebitur) sed quòd non solum ad res Ecclesiasticas, verum etiam mundanas & civiles multa continere arguta & utilia judicatum est; nec relegendi animus est mutatus: & post: Gratianus in Decretorum volumine multa pia, recta, vera, & ad usum utilia, ex patribus & concilijs collegit, doctrina puto decorique & evaèria, ergò, quibus meritò rebus omnes boni doctique viri incumbunt. Hæc ille. Quid autem Gratianus in Decreto suo disponendo fuerit secutus, & Archidiaconus, & Dominicus Geminianus & Præpositus & Joannes de Turrecremata & Anton. Florétin. part. 3. Spec. hist. t. 18. cap. 6. & ante illos antiqui Glossographi diligèter ostendere conati fuerunt, & latè demonstravit Boet. Epo Fris. de Jure sacro. lib. 2. cap. 2. n. 97. & seqq. Illud in promptu est, inquit, Gratianum tria sibi summa proposuisse operis sui universi seu genera seu capita; Primum, juris Ecclesiastici principia, fontes, atque dignitatem, unà cum Cleri seu personarum Ecclesiasticarum præminentijs & officijs, & univer-



sa Jurisdictionis Ecclesiastica praestantia: Unde Distinctiones omnes
101. Secundum genera omnium causarum seu judiciorum sub Eccle-
siasticam jurisdictionem cadentium: Unde causa omnes 36. Tertium
denique, ipsius Christianismi proprium quasi characterem seu notam
quandam peculiarem, qua Deo toti jungamur atque consecre-
mur, ut per Sacramenta Baptismi & Confirmationis, & per Eucha-
ristiae sacrificijque mystici tremendorumque mysteriorum participa-
tionem, diebus etiam festis atque jejunijs religiosè semper observatis,
nec imaginibus Ecclesia contemptis. Unde tractatus de Consecratio-
ne. Ita ut prima Decreti Gratiani pars atque etiam tertia potissi-
imum sint juris publici, cum partim ad magistratus Ecclesiasticos,
partim ad sacra Christiana, ceremoniasque Christianas pertineant.
Secunda verò pars propriè sit ipsorum judiciorum seu causarum qua-
rumcunque ad Ecclesiasticum forum spectantium. Quo quidem toto
dispositionis genere Gratianus ordinem spectavit non alienum ab or-
dine, quem saltem in univèrsum tenuit & in Pandectis & in Codice
suo Justinianus, ut qui utrobique juris publici partem tractationi ju-
diciorum ipsorum, tum civilium tum criminalium praemisit, quoad
magistratus nimirum; partem subjecit, quoad fiscalia scilicet atque
similia rerum genera statum Reipub. concernentia. Hæc ille. Et hæc,
ut proposito meo commodè inservientia, hoc loco, bonâ fide,
recensere volui; de Gratiani in disponendo opere dexteritate,
ex antiquis interpretibus plenius Boet. Epo. d. cap. 2. n. 100. & seqq.
differit. Nunc pauca de glossographis Decreti, quæ certè scitu
jucunda & necessaria sunt, annectam. Primus Decreti Gratiani
glossographus fuit quidam vel Hugo (uti eum nominat Anton.
Possevin. d. Appar. Sacr. tom. 1. lit. G. Verb. Gratianus pag. (mihi)
559.) vel Hugutio (uti eum Critici Gregoriani in praefat. ad Le-
ctorem circa fin. appellant) Anton. Florentin. part. 3. Spec. historial.
in pr. & plenius t. 18. cap. 6. in fin. pr. Secundus deinceps Joannes
quidam Semeca cognomento Teutonicus, sub annum Christi
1260, qui frequenter Hugutionis illius facit mentionem. De
hoc ita scribit Beatus Rhenanus, in praefat. corporis canonici glos-
sati, à Joanne Amerbachio recogniti, & Basileæ anno 1512. excusi.
Fuit, inquit, is Joannes Teutonicus (ut obiter illud adnotem Germa-
norum gloria consulturus) quondam Praepositus (ut vocant) Hal-
berstaten-

berstatis. Estq; Halberstadtum Saxoniae urbs, circumdantis plani-
 ciei situ amenissima; & sacra eade, quam Carolus Magnus, non Gallus,
 sed Germanus, Divo Stephano protomartyri illic erexit; Christianif-
 simusque religionis propagator Henricus Caesar, gente Bavarus, re-
 gis deinde censibus locupletavit, maximè insignis. Idque eò magis ad-
 notare libuit; quod Raphael Volaterranus in Geographia, Halbersta-
 dij quidem meminerit: cum verò propè calcem Anthropologia, eos qui
 in jure tum divino, tum humano claruerunt, ferè omnes nominatim
 recensisset; hunc nostrum Jurisperitissimum interpretem negligenter
 omiserit; qui tamen inter primos numerandus fuerat. Vixit enim
 sub Imp. Caf. Rodulpho Habisburgio: Alberto Magno synchronus.
 Quod si quis hunc propter infantiam & indoctas vocum interpreta-
 tiones rejecerit; eodè nomine plures quoq; hujus professionis damna-
 bit. Neque enim Accursius ipse (ut quidam ait) in omnibus accur-
 rit; sed nonnunquam instar remora cunctatur. Hæc B. Rhenanus
 Tertius denique Bartholomæus Brixienfis. Quocirca falsò pu-
 rat Arnoldus Pötacus in Chronologia sub annum Christi 1260,
 hunc Joannem Teutonicum fuisse primum Decreti glossogra-
 phum. Glossa Joannis huius Teutonici vulgò nominatur com-
 munis, ut ait Archiepiscopus ille Florentinus *d. loc.* Huic Joanni
 Teutonico licet Accursius deprehendatur fuisse coævus, ut &
 Bartholomæo Brixienfi, Hugutione tamen fuisse videtur poste-
 rior. Illud item satis liquet ex Joanne Andrea *in proem. ad Decre-
 tal.* glossas Decretalium non ex Accursio; sed ex antiquarum
 compilationum glossis à Bernhardo quodam Parmensi fuisse
 congestas, cum nonnullis novis additionibus: floruit Bernardus
 ille sub annum Christi 1250. coævus Accursio. Memorat au-
 tem Joannes Andrea plurimos alios antiquarum compilatio-
 num Glossographos, præter eos paulò superius à me comme-
 moratos, Accursio verustiores. Magnus ille Jac. Cujac. *ad c. Te-
 nor. 10. in fin. de Sentent. & rejudicat.* ita scribit. Nulli sunt Doctores
 ineptiores, quàm qui in hoc jus Pontificium scripserunt. Quod ego,
 brutum fulmen metuens, in medio relinquo.

V. De-

Decretales Epistolæ sunt, quas vel Summus Pontifex solus, vel cum Cardinalibus ad consultationem alicuius constituit.

Vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, monente Gloriosissimo nostro Imperatore Justiniano *in §. Sed ut nihil. Inst. de Testam. ordinand.* sciendum est varias fuisse Decretalium compilationes, de quibus ea tantum, quæ maximè proposito meo inferviunt, hic recensere curæ & operæ pretium erit. I. Primus post Gratiani collectionem Bernardus Circa fuit, Papiensis Præpositus, mox Faventinus Episcopus; qui sub eisdem ferè titulis, quibus Gregoriana collectio, quâ hodiè utimur, constat, Pontificum Maximorum epistolas Decretales collegit; quarum postremæ sunt Alexandri III. & Lucij III. & aliorum ad Cælestinum III. cuius nullum rescriptum in hoc volumine extat. Hanc primam compilationem Henricus Segusianus natus, Archiepiscopus Ebredunensis, atque inde Cardinalis Hostiensis factus, & Joan. Andrea filius, & Ægidius Bellamera appellant; ipse Breviarium Extravagantium; qui scholia scripserunt, librum primum vocant. Sic etiam ceteras collectiones alij compilationem secundam, tertiam, quartam, quintam: alij librum secundum, tertium, quartum, quintum appellaverunt. Idem Bernardus sub eisdem titulis summam scripsisse dicitur, cuius initium fuit: *Profectus discipuli, gloria magistri: item scholia, sive glossulas eisdem primæ collectioni adscriptas Anton. Augustin. in prefat. de quinque veterib. collect. Decretal. Antiquis collectionibus Decretalium, prefixa, refert, se vidisse aliquot sine nomine scriptas, sed multò plures adscriptis nominibus, Vincentij, Alani, Tancredi, Laurentij, Rogerij & aliorum, Bernardo antiquiores. A Guilielmo Durante (alij, Durando) cognomine Speculatore, & ab eius interprete Joan. Andr. F. fuisse dicuntur Rufinus, Sylvester, Joannes Hispanus, & alter Joannes Falensis, sive Fanensis, sive Faventinus.*

JURIS CANONICI.

33

ventinus, ut alij referunt; de quorum scriptis parum constat. Hi fortasse aut corpore canonum usi sunt, aut Decretorum collectionibus Burchardi, Ivonis, Anselmi, & Gratiani, & aliorum scriptorum. Hoc volumen Bernardi Papiensis, de quo coepi dicere, licet autoritate privatâ conscriptum, publicè tamen probatum fuisse liquet ex Joan. Andreæ *ad præfationem Decretalium Gregorij IX.* diligenti cum primis observatione. Hæc collectio facta & approbata tempore Alexandri III. itaque dubitatio, quæ nascitur, quomodo de Alexandri decretali dicitur alicubi, quæ fuit Lucij, sic solvitur, quia in eâ collectione Alexandri est, & nostra facimus omnia, quibus nostram impartimur auctoritatem. Joan. Andreæ *ad c. Pastoralis. 29. de Jure patronat.* Hanc compilationem primam non haberi hodiè, scribit Joannes Andreæ *ad c. Joannes. 7. Ibi, Ad questiones veniamus & c. de Cleric. conjugat.* quam tamen typis ab Augustino impressam habemus. Notandum hic obiter (quia de Bernardo mihi sermo est) quod tres Bernardi in jure canonico clari fuerint, hic Papiensis, Parmensis, Compostellanus, Jac. Cujac. *ad c. 1. & 2. Qui cleric. vel vovent. matrim. contrah. poss. II.* Novis deinceps atque novis emanantibus ab Apostolicâ sede Constitutionibus, aliud mox volumen edidit quidam Gillibertus (aliàs Gilbertus) Abbas; aliud quoque post hunc Gillibertum, quidam Alanus Episcopus Antisiodorensis; quæ tamen duo volumina publicè nunquam fuerunt comprobata; postea Joannes Gallensis, sive Vallensis nomen his præripuit, & ex duobus illis voluminibus unum conflavit, quod publicè etiam approbatum. Hic Volterris natus, post duodecim annos à primâ collectione eorundem Pontificum rescripta collegit, itemque Cælestini III. eisdemque mox addidit scholia quædam. Sed & Hugo Ferrariensis Episcopus, ab Innocentio III. sæpè relatus, & Bernardus major Compostellanus Archidiaconus, hujus collectionis interpretes fuerunt. Anton. Augustin. *d. loc.* testatur se eorundem scholia vidisse, quorum nomina supra scripta, Vincentij nempe, Tancredi, Alani, Laurentij & aliorum, non pauca etiam sine nomine, quæ ejusdem Joannis fuisse putat. Hæc editio Gallensis compilatio secunda fuit appellata, & liber secundus, id est, volumen secundum;

E



quemadmodum editio illa Bernardi Papiensis vocabatur compilatio prima, seu liber primus, hoc est, volumen primum. Dicitur etiam Alexandri IV. monente Alberic. Gentil. *d. disp. cap. 1. p. (mihi) 7.* ex B. Platina *in vita Alexandri IV. III.* Hæc jam commemorata quatuor Decretalium volumina partim publicè probata, partim non probata, præcesserunt Pontificatum Innocentij III. qui ante annum Christi 1200, per annos octodecim & quod excurrit, Romanæ Ecclesiæ præfectus fuit. Is quia vir doctissimus & pijsimus erat, Ecclesiæ reformandæ studiosissimus & hæresibus extirpandis ardentissimus, plurima de rebus Ecclesiasticis ijsque gravissimis constituit partim solus per sese, partim in alio rursus Concilio generali Lateranensi, quod anno Christi 1215. maximo totius orbis Christiani concursu celebrabatur: adeò ut penè solius Innocentij III. plura reperiantur in Gregorij IX. Decretalibus rescripta, quàm omnium ceterorum simul Pontificum. Sub hoc Innocentio III. priusquam duodecim præfesset annos, alius quidam Bernardus Archidiaconus Compostellanus Romæ degens, ex eiusdem Innocentij III. regestis, Decretalium volumè quintum procudit; (Est autem Regestum (vulgò registrum) ipse liber, in quo omnes describentur epistolæ cujusque Pontificis: Varius autem fuit singulis Pontificibus; Nam nominatur Regestum Innocentij, Leonis, Gregorij, Alexandri & aliorum. Jac. Cujac. *ad c. Constitutis. 46. de Testib. & attestat. & ad c. 2. 3. & 4. de Restitut. spoliat. & 15. Obs. 37.* In registro Decretales sunt integræ, in antiquis collectionibus non semper sunt integræ aut immutatæ; quod latè & doctè declarat Alb. Gentil. *d. disp. c. 3. p. 30.*) quod appellationem compilationis Romanæ fuit adeptum, quia Romæ fuit congestum: cui volumini cum nonnulla reperirentur inserta usu judiciorum minus recepta, quædam etiam Romanæ Curie parum probarentur, ab Innocentio III. impetravit, ut Pontificiâ autoritate aliqua collectio ederetur. In hac eius Pontificis constitutiones erant in unum redactæ corpus. Joan. Andr. *ad c. Cum nostris. 6. de Concess. præbend.* Jac. Cujac. *ad c. Præterea. 2. circ. fin. de Sponsal. & matrimon. & ad tit. de Conjug. servor. in fin.* Cui rei Petrus Beneventanus notarius præfectus est, anno duodecimo ejusdem Pontificis.

JURIS CANONICI.

tificis. Tum primùm publicâ authoritate facta est collectio Juris Pontificij: nam superiores omnes, sive Decretorum, sive Decretalium collectores, privatâ authoritate scripserunt; & rescripta ab eis relata negari poterant, nisi à Scriniarijs Romanæ Ecclesiæ comprobarentur. Fuit hujus collectionis interpres, ut Joan. And. F. refert, Paulus Hungarus; eadem nomina se in scholijs vidisse, quæ in alijs collectionibus. Anton. Augustinus testatur. Hæc appellatur nunc tertia compilatio, nunc liber tertius, id est, volumen tertium, ut volumen Bernardi Papiensis compilatio prima, & volumen Joannis Gallensis compilatio secunda; reliquis tribus illorum trium, Gilliberti, Alani, Petri Compostellani, voluminibus reprobatis. IV. Sub finem Pontificatus sui, post celebratum nempe Concilium illud Lateranense, rursus aliud, per nescio quem, jussit edi Decretalium volumen Innocentius hic idem; ordine quidem in universum jam septimû, sed ex approbatis duntaxat quartum: quæ & ob id quarta compilatio nuncupatur, & liber quartus, vel volumen quartum. Henricus de Segusio, Cardinalis Hostiensis in *proem. Summ. n. 10. Ibi, Quia recepta.* Huic quartæ collectioni causam præbuit concilium generale Lateranense, in quo idem Pontifex capita LXXI. edidit, sed & illo quinquennij spatio, post tertiam collectionem, aliquot ediderat constitutiones. Ita duplex editio extat, altera canones eius tantum concilij continet, altera alias quoque constitutiones. Eius interpres Vincentius fuisse dicitur: Anton. Augustinus se Joannem, & Jacobum, & Robertum, sive Rogerium legisse scribit. V. Proximus Innocentij III. successor fuit Honorius III; qui & ipse suarum Decretalium volumen edidit, à Tancredo Bononiensi Archidiacono collectum, sub ipsius Pontificis Maximi nomine. Hoc numero quidem Octavum, licet inter approbata Decretalium volumina tantummodo quintum: quæ per consequens quinta fuit appellata compilatio, seu volumen quintum. Henric. de Segusio, Cardinal. Hostiensis. *d. loco. n. 10. Ibi, Postremò.* Hanc compilationem se legisse, sed nondum editam esse, scribit Jacob. Cujac. *ad c. Consultationi. 28. de Sponsalib. & matrim. in fin.* eandemque etiam Panormitanum legisse, arguit idem Cujacius *ad c. Dilecti. 63. de Appellat. re-*



cusat. & relat. ex casu quem Panormitanus ponit in d. c. 63. Continebat autem hæc compilatio duntaxat Honorij III. Decretales. Cujac. ad d. c. Consultationi. 28. de Sponsalib. & matrim. in fin. Honorium III. Decretales epistolas compilasse, Platina etiam, in vita ejusdem, scriptum reliquit. Huius collectionis interpres fuit Jacobus Albanus Faventinus Episcopus, Henrici Hostiensis præceptor. Ant. August. d. loc. Sed Joan. Andreæ ad Specul. in proem. n. 14. lit. m. in fin. sic scribit. Est autem sciendum, quod Gregor. IX. successit immediatè Honorio III. quo creato, statim fuit fama, quod compilationem, quâ utimur, facere intendebat: ita quod prædicti antiqui non curarunt Honorianas glossare, & meritò; quia multa ex illis omissa vel refecata fuerunt. Alberic. Gentil. d. disp. cap. 1. pag. 9. & 10.

VI.

Integrum volumen Decretalium non est uno tempore editum, atque ex eo in tres partes commodè dividi potest, quarum prima est, quæ in specie Decretalium appellationem retinuit: (a) Altera pars dicitur liber Sextus Decretalium: (b) Tertia pars est Constitutionum à Joanne XXII. Papa editarum: quæ iterum partibus distingui potest; quarum prior dicitur Clementinæ: (c) altera Extravagantes: Hæ rursus vel sunt in specie Joānis XXII: (d) vel Communes à diversis Pontificibus editæ. (e)

(a) VI. Decretalium procedendum quasi ferrum per illa tempora canduisse dixeris: tanta fuit malleorum & incudum crepitantium

tantium sedulitas, uti scitè scribit Boet. Epo. *de Jure Sacro d. lib. 2. cap. 1. nu. 29.* Vix dum septuaginta præterierant annia Gratiani Decreto condito, & ecce Decretalium volumina, quæ commemoravi, octo. Honorio III. (de quo in exegeſi theſis præcedentis in fine) ſucceſſit Gregorius IX, qui tot ac tantorum, ſibi quæ parum conſtantium voluminum Decretalium epistoliarum peræſus, multis mutatis, multis relictis & rejectis, multis etiam novis, de quæ ſuo, ſicut fit, adjectis Conſtitutionibus vel Decretalibus epistolis, nonam paravit omnino Decretalium editionem, libris hiſce quinque comprehenſam, numero quidem jam Nonam, ſi ſpectemus cunctas Decretalium editiones modò memoratas, at Sextam, ſi ſolas probatas. Hoſtiæſ. Cardin. *d. loc.* Joan. Andreæ *in addit. ad Specul. in proæm.* Anton. de Butrio, & Franciſc. Zabarella *ad proæm. Decretal.* Prodiit hæc Gregorij IX. cõpilatio (ſic enim vocat ipſe maiorum veſtigia ſecutus, *in ſn. præfat. Decretal.* neque tamen ſine priſcorum Latinorum exemplo, Sext. Pomp. Feſt. *lib. 3. de Verb. vet. ſignif. Compilare*, inquit, *eſt cogere & in unum condere*) anno Chriſti 1230. (Alit. Vult. *in prolegom. I. P. 1231.* tempore Friderici II. Imp.) Uſus autem eſt Pontifex opera Raymundi Capellani & Pœnitentiarij ſui, qui Decretales epistolae in unum volumen redegit, & quidem reſectis ſuperfluis: *Proæm. Decretal. Gregor. IX. Verſ. Ad communem.* Hinc fit, ut in Decretalium contextu Gregorij sæpè inveniuntur verba; Et infra: Et poſt pauca; quæ referunt ſe ad ante dicta, quæ tamen dicta hodiè non apparent. Inſerta autem ſunt principia narrationis epistoliarum, initio capitum, & poſt duo aut tria verba, ſubjunctum. Et infra: in gratiam contemporaneorum illius prioris compilationis, qui in priori ſtudia peregerant, & propter gloſſas antiquas, quæ jura illa citabant, Joan. Andreæ *ad c. Nobis fuit. 25. de Jur. patronat. circ. princ.* P. Gregor. Tholoſan. *Part. Jur. Canon. d. lib. 1. cap. 1. n. 20. Verſ. Poſtrema.* Idem de art *Jur. cap. 8 n. 15.* Graviffima eſt Antonij Contij admonitio in præfat. editionis Decretal. quam, quia in paucorum eſt manibus, hîc omnino, in gratiam ſolidæ Jurisprudentiæ ſtudioſorum, inſerendam eſſe duxi. *Illud*, inquit, *admonendi ſunt lectores, idem multò juſtius de Raymundo iſto dici poſſe, quod de Triboniano, multas*



illum utilissimas constitutiones, dum brevitati studet, miserè laniasse, & lacerasse, ut plerumque divinare necesse sit, quid esset in controversia positum, quidve Juris rescriptum & responsum. Sed & plerasq; epistolas ad summam Imperij & necessariam illorum temporum historiam pertinentes, ut c. Venerabilem. 34. de Elect. & Elect. potest. c. Super specula. fin. Ne cleric. vel monach. secularib. negot. (Reliqua fragmenta huius capituli habes in c. Super specula. fin. de Magistris, & ne aliquid exig. pro lic. doc. & c. Super specula. 28. de Privileg. & excessib.) & alia plurima ita abscidit, ut exiguus illarum restet fructus. Fecit sanè Raymundus iste pauca eaque necessaria detruncando, ut infiniti postea commentarij, atque, ut vocant, apparatus (qua inscriptione usus est Henricus Cardinalis Hostiensis in lectura Decretalium) accumularentur ad hujus novissimæ compilationis interpretationem. Vt igitur inde remedium adferatur, unde morbus jamdudum grassari cepit ex vetustis illis compilationibus multa temerè à Raymundo decisa & expuncta pro judicij mei arbitrio passim restitui, adjutus ad eam rem vetustissimis illarum compilationum membranis. Ac ne quis hanc meam diligentiam suspectam habere justè posset, tam libros, quàm totum laborem hunc meum communicavi cum doctissimis nostri temporis professoribus, quorum principem locum hic obtinet Jo. Quintinus, cum morum sanctitate & gravitate, tum doctrina & eloquentia fama. Fuit enim mihi non solum totius laboris suscipiendi author, sed etiam in plerisque observandis, & fidelis monitor, & benignus adjutor. Quando verò boni viri est, bonique authoris, nihil quod non adsit, vel fraudulenter promittere, vel quod desit, subdolè reticere: quadam & hic interdum capita detruncata reperientur, qua primis illis quinque compilatoribus visa fuerant prolixiora, nec verò ex alijs libris sarciri integra à nobis potuerunt. Verùm nihil ab eis, quod ad facti narrationem spectaret, omissum, non levibus conjecturis adductus credo. In plerisque autem capitibus id quod detruncatum est, in alio ejusdem capituli fragmento, sub alijs titulis, reperietur adscriptum, nec protinus existimare debet lector aliquid deesse. Vnum pro omnibus sufficiat exemplum c. Pastoralis. 14. ad Eliensem Episcopum, in quatuordecim frustra divisum, sub t. de Rescript. prefatione caret, qua ex eodem c. Pastoralis 28. de Offic. & potest. jud. deleg. repetenda est. Hæc ille. Rectè monet Contius c. Pastoralis, in quatuordecim frustra

JURIS CANONICI.

frusta divisum, extant enim illa in d. c. Pastoralis. 14. de Rescript. d. c. Pastoralis. de Offic. & potest. jud. deleg. c. Pastoralis. 1. de Sacram. non iterand. c. Pastoralis. 11. de Offic. jud. ordin. c. Pastoralis. 14. de Judic. c. Pastoralis. 5. de Caus. possess. & propriet. c. Pastoralis. 8. de Fide instrum. c. Pastoralis. 4. de Exceptionib. c. Pastoralis. 53. de Apellationib. recusat. & relat. c. Pastoralis. 9. de his, quæ fiunt à Prælat. & c. c. Pastoralis. 7. de Donationib. c. Pastoralis. 28. de Decimis c. Pastoralis. 29. de Jur. patronat. c. Pastoralis. 19. de Privileg. & excessib. privilegiat. Sed adrem. Gregorius IX. auctor huius collectionis, ut aliquid in eâ de suo insereret, ex jure civili ultrò non aditus à consultoribus ullis vel litigatoribus pleraque sumpsit & inseruit, quò fit ut in eius constitutionibus plerumque nemo inscribatur, ad quem constitutiones dirigantur: ut bene scribit Jac. Cujac. ad c. penult. & ult. de Sentent. & re judicat. & ad c. Quod ad consultationem. 15. Eod. circ. fin. Quicquid præclarum est in hoc jure, ex jure civili est, nec hujus interpret idoneus quisquam, nisi sit juris civilis peritissimus. Per hanc Decretalium editionem Gregorianam, superiores omnes Decretalium editiones prorsus abrogatæ fuerunt: quantumlibet sæpenumero nobis pro Decretalium Gregorianarum interpretatione vehementer servire possent, si semel integræ & incorruptæ prodirent; nam fragmentis earum incertis fides adhiberi non debet: ut pro interpretatione legislationis Justinianæ proculdubio servirent veteres veterum & Imperatorum & Jurisconsultorum Codices atque libri, si tamen aliquando puri puti reperiretur & eruerentur. Et sanè absque veteribus collectionibus vix poterit quisquam bene interpretari Jus Canonicum. Alberic. Gentil. d. c. 3. ubi latissimè. Jac. Cuiac. ad c. Cum Bertholdus. 18. in fine de Sentent. & re judic. antiquæ Decretalis mentionem facit, eamque rectissimè adductam testatur. Et in c. 1. & 2. Qui clerici vel vovent. matrim. contrah. poss. scribit, quod antiqua Decretalis semper sit plenior & integrior nova. Et plerumque omnes Decretales decurtatæ sunt, verùm alia ex alia sarciri & repleri potest. Cuiac. ad c. Constitutis. 46. de Testib. & attestat. circ. fin. & ad c. Cum inter. 13. de Sent. & re judic. in fin. Sed de veterum Decretalium utilitate plura addere supervacaneum esse duco, & lectorem ad Alber. Gentil. d. disp. c. 3. remitto. Et hæc hæctenus. Nunc Fr. Duaren

reni



reni iudicium de libris hisce Decretalium Gregorij IX. cōtem-
plari iuvat. Alterum volumen. (inquit in præfat. d. lib. de Sacris Ec-
cles. minister. ac benefic.) est Gregorij IX. editum nomine; quod di-
versorum Pontificum Romana sedis epistolas, quæ dicuntur Decreta-
les, complectitur. In eo Decretalium volumine multa intueri licet,
quæ à priscâ illâ disciplina, quàm Decretorum liber à Gratiano ed-
tus continet, multum degenerent. Atque hinc natum est illud apud no-
strates tritum ac vulgò jactatum; Malè cum rebus humanis actum ef-
se, ex quo decretis alæ accesserunt. Est enim hæc rerum humanarum
conditio, ut ferè in deterius prolabantur: Sic omnia fatis, inquit pœ-
ta, in pejus ruere, & retrò sublapsa referri. Eius tamen libri lectio
negligenda juris studioso non est, quòd multa ad juris non modò Pont-
ficij, sed etiam civilis cognitionem utilia contineat. Quo enim tempore
conscriptæ sunt illæ epistolæ, quibus Pontifices Romani de jure consu-
lentibus more veterum Imperatorum respondebant, causæ ecclesiasti-
cæ antiquam simplicitatem jam amiserant, erantque hujusmodi, ut
ad eas dirimendas ac definiendas I. C. & pragmatici adhiberentur:
unde factum est, ut canonum peritus, nisi idem juris civilis scientia
instructus sit, vulgari proverbio inter rudes & imperitos numeretur.
Hæc Duarenus. Quid verò de libris Decretalium senserit Caro-
lus Molinæus, apparet ex eius oratione Tubingæ habita: De Sa-
cre Theologia & legum Imperialium dignitate, differentia, conve-
nientia, corruptione & restitutione. De potestate, officio & differen-
tia Magistratus & ministri Ecclesiæ. n. 12. & 13. Sed hanc licet non
facio meam. Libri Decretalium Gregorij IX. sunt quinque, ex
quibus allegantur capitula & rubricæ, sub quibus capitula quæ
allegantur sunt collocata, quin & interdum capitulorum para-
graphi, atque horum versiculi. Ex his cum quid allegatur, ple-
rumque additur vocula Extra. Vt c. Sollicita 6. Extra. de Majo-
rit. & obed. scilicet, quod sit extra corpus canonum, sive extra
volumen Decreti, quod prius fuit compositum. Hodiè Civilistæ
hoc vocabulo notant, quod sit extra corpus Juris civilis. Quan-
quam nunc ferè, causa brevitatis, obtinuit, ut ex Decretalibus
testimonia proferantur simpliciter, expresso solo titulo, citra
voluminis alicuius mentionem, quemadmodum recentiores
quidam testimonia ex Pandectis producant. In hanc collectio-
nem

497.

nem Bernardus de Boto Parmensis & Canonicus Bononiensis glossas eruditissimas edidit. (b) VII. Post hosce quinque Decretalium libros à Gregorio IX. editos, aliquandiu Pontifices insequentibus ab editionibus novis cessarunt; donec sub annum Christi 1300. BONIFACIUS octavus, partim suas, partim superiorum Pontificum, qui inter ipsum & Gregorium IX. intercesserant, & quidem ipsius quoque Gregorij IX. Novellas Constitutiones atque Decretales, ac præcipuè duorum generalium Conciliorum Lugdunensium, quorum alterum sub Innocentio IV. circa annum Domini 1245; (Gesner. de Concil. part. 1. lib. 2. pag. (mibi) 772.) alterum sub Gregorio X. circiter annum Christi 1273. celebrabatur, (Gesner. d. part. 1 pag. 774.) decreta, totidem libris, quot ipse Gregorius IX. iisdemq; servatis librorum singulorum titulis, editioni Gregorianæ superadjecit; malens eas adjectiones edere seorsim, quàm editioni Gregorianæ interferere, ne sua quibusque editionis Gregorianæ exemplaria fierent inutilia; secus atque factum fuerat à superioribus omnibus Decretalium Compositoribus, qui, præcedentium voluminibus abrogatis, editionem suam solam observari volebant. Quod Bonifacij exemplum posteri deinceps prudenter & modestè secuti fuerunt. Et hæc compilatio est septima, in qua multa contraria & supervacanea, quæ inter varia Pontificum Decreta abundare videbantur, sublata & ressecata, nec non ambigua declarata sunt. Adde Annales Heinrici Steronis Althensis, pag. 403. tom. *Mn. German. Script. Marq. Freheri*, & Heinrici Rebdorffs, pag. 417. d. tom. un. Facta autem est hæc collectio jussu Bonifacij VIII. per Guilielmum Archiepiscopum Ebrudunensem, & Berengarium Episcopum Biterensem, ac Magistrum Richardum de Senis S. R. E. Vicecancellarium, quorum fit mentio in præmio libri V. *Decretalium*, Ibi. Nos ad apicem. Et tamen conficiendæ etiã Dynus adfuit, Catellian. *Cotta in Memorab. Alberic. Gentil. d. Disput. cap. 1. pag. 10 & 11.* Hoc volumen Bonifacij, licet quinque constet libris, uti Decretales Gregorianæ, tamen totum solet allegari sub appellatione libri Sexti, eò quod libris quinque Decretalium Gregorij IX. quasi

Sextum quid subijciatur, iisdem serviens, pro diversis additionibus, neque sanè totum quantum est, magnitudine suâ singulos Decretalium libros exuperans. Olim Novellæ, sive Novellarum nomine indigitabantur à nonnullis, veluti à Baldo in *titulo de Pace Constantiæ*, ut refert Alb. Gentil. *d. cap. 1. pag. 11.* Ex his libris libri Sexti, cum capitulum citatur, additur non Rubrica tantum, cui capitulum illud subest, verum etiam nomen Sexti, ad differentiam librorum quinque Decretalium præcedentium. V.g. *c. Quamvis de Pact. in 6.* De hoc Sexto libro Francisc. Duarenus *d. loc.* ita memorat. *Alius est liber Bonifacij VIII, quem idè in Francia receptum non esse accepimus, quòd quæ in eo extant constitutiones, pleraque in odium, & emulationem Philippi Francorum regis editæ, & ad Romanæ aulæ questum excogitata credantur. Vtunque se res habeat, quisquis in foro hodiè versari cupit, non parum ejus libri lectione juvari potest.* Hæc ille. Sed de hac controversia inter Philippum Pulchrum, ejus nominis quartum, Regem Galliarum & Bonifacium VIII. vide Syllogem meam rerum quotidianarum, *th. 6. lit. b. & ibi allegatos.* & Jac. Cujac. *ad c. Ad audientiam. 4. de Sponsalib. & matrimon.* Ad librum VI. Decretalium Joannes Andr. Bononiensis continuas glossas, quibus multa ex ejus lectione fuerunt inserta, & hoc signo [] notata, conscripsit. (c) VIII. Mortuo Bonifacio VIII. CLEMENS V. natione Gallus, provincia Vasconia, diœcesis Burdegalensis, qui & proximus Bonifacij successor erat, eodem servato ordine, Constitutiones Concilij Viennensis, ipso præside, circiter annum Christi 1311, celebrati, unâ cum ceteris Constitutionibus Decretalibusque suis Epistolis, editioni paraverat, (anno 1306. teste Vult. *in prolegom. 1. P.*) quæ defuncto demum ipso per successorem Joannem XXII. fuit prolata, sub annum Christi 1320. (Vult. *habet 1318.*) quæ quoniam nihil præter solius Clementis vel Concilij Viennensis, à Clemente confirmati, continet Constitutiones, Clementinarum vocabulo solet in testimonium vulgò citari. Adde præfat. Clement. Joannis XXII. Henric. Steiron. *Altahens. in Annalib. pag. 405. tom. un. Germanic. Scriptor. Marq. Freheri, & pag. 419.* Et hæc collectio dicitur octava. Hæc
consti-

constitutiones non nomine canonum aut capitulorum, ut superiora decreta & constitutiones superiores, sed, ut dixi, Clementinarum allegari solent, notatæ in scribendo hoc modo, Cl. vel Clem. addita rubrica sive titulo, cui Clementina quæ allegatur, subjecta est: V. g. *Cl. Vnic. de Jurejurand.* Clementinas Joan. Andr. Bononiensis glossis illustravit. (d) IX. Paulò post Clementem V. Joannes XXII, patria Cadurcensis ex provincia Aquitania, suas quasdam Constitutiones addidit, sed seorsim, quoque, Decretalium ordine semper observato, quas Joanninas nominat Cujac. *ad c. Ad audientiam. 4. de Sponsalib & matrim.* Et hæc est collectio nona. Quæ quidem tam paucæ constitutiones, quia peculiaris alicujus voluminis Decretalium nomen minimè promerebantur, in generali nomine Extravagantium substituerunt. Nam Extravagantes olim vocari cœperunt Constitutiones omnes Pontificiæ, quæcunque & quotcunque Gratiani Decreti volumine nõ erant cõprehensæ. Pulcherrimè de his Abbas antiquus ad præfat. Decretal. Gregor. IX. *circ. fin* (hic liber editus hic Argentinæ à Georgio Maxillo, aliàs ubelin I. V. D. curiæ Episcopalis Argentinensis signatore, anno gratiæ 1510 Non. Novemb. & dedicatus Magnifico spectabiliq; jurium Licentiato, Dn. Joanni Sigrift: divæ ædis S. Thomæ Argentinens. Canonico & Cantori) addens & illud, etiam hodiè quantumlibet in peculiare fuerint volumen redactæ Decretales Epistolæ Pontificum, per Gregorium IX. tamen sub vocula hac Extra debere easdem allegari, quod sint extra volumen Decreti Gratiani: non tamen sub nomine amplius extravagantium. Sed & hodiè extravagantes illæ nominantur Joannis XXII. & Communes, etiam si non sint extra corpus canonicum, cum postea in ordinem librorum Juris Canonici redactæ sint. Extravagantes hæc ita solènt allegari, ut Joannis XXII. simpliciter Extravagantes appellentur, & titulus addatur. v. g. *c. Vnic. de vot. & vot. redempt.* In *Extravag. Joann. 22.* Adhas Zenzelinus de Cassanis uberes commentarios composuit. Alij appellant eum Gecellinum de Cassanhis. Alij Jesselinum de Cassanchis & ita variè varijs in chartis etiam vetustis invenitur. Sed hæc controversia de nomi-



nibus est relinquenda pertinacibus. *l. Receptitia. 2. §. Et neminem. 1. circ. fin. cum ibi not. C. de Constit. pecun. (e) X.* Defuncto sub annum Christi 1335. Joanne illo XXII. variaz variorum Pontificum sequentium prodierunt Extravagantes Constitutiones, annorum plus minus centum quinquaginta jus comprehendentes: quandoquidem quæ inter eas est omnium postrema, præ se fert annum Christi 1483. facta nimirum à Sixto IV. quemadmodum exc. *Ult. de Reliq. & venerat. sanctor. in Extravag. Communib.* videre est, quæque inter easdem primæ sunt, ab eodem Joanne XXII. sunt profectæ. Et hæc potest decima collectio vocari, quæ Extravagantium Communium nomen propterea sortitur, quod Constitutiones illæ multis Pontificibus communes sint, non uni soli debeantur, quemadmodum vel Clementinæ vel Extravagantes illæ Constitutiones Joannis XXII. Extravagantes hæc allegari solent cum adjunctione istâ, Extravagantes Communes. V. g. *c. Unam sanctam. de Majorit. & obed. in Extravag. Commun.* (In corpore Juris Civilis, post libros Feudorum, extant etiam Extravagantes Henrici VII. Imp. *Quomodo in lese majestatis crim. proced. &c.*) De harum Extravagantium auctoritate non est quod quis addubitet; cum ipsos summos Pontifices authores habeant. Henric. Canis. *in d. Summa. lib. 1. t. 1. in not. circ. fin.* Harum aliquæ cum glossis Joannis Monachi Picardi, Cardinalis; aliquæ cum commentarijs Guillermi de Monte Lauduno, & Joannis Francisci de Pavinis imprimuntur. Atque his voluminibus, jam ordine commemoratis, libri Corporis Juris Canonici absolvuntur, ex quibus Decretum se habet, ut in Corpore Juris Civilis Digesta: Decretales Gregorij IX. ut Codex repetitæ prælectionis: Decretales Bonifacij VIII. & reliquæ, ut Novellæ. Verùm, ut post Justinianum Imperatores qui fuerunt, suas etiam constitutiones ediderunt, ita & Pontifices, qui fuerunt post Joannem XXII. suas Decretales epistolas, quarum Summa, atque earum etiam quæ post Gregorium IX. promulgatæ sunt, usque ad Sixtum V. Lugduni, per Petrum Matthæum, anno 1588. edita est. Hoc nostro tempore, privatâ diligentia, eas collegit Laërtius Cherubinus J. C. & in unum quasi corpus

corpus conjecit sub Bullarij nomine. Adde his compendium Constitutionum Summorum Pontificum, à Gregorio VII. ad Paulum V. Jacobi Castellani Clerici Tarvisini: & Summam Bullarij, seu constitutionum, quæ post Juris Canonici libros à summis Pontificibus, vel, ex eorum authoritate, à Sanctis congregationibus, & alijs, ad nostra usque tempora in Ecclesiæ communem observantiam emanarunt: authore Stephano Quaranta, cum additionibus Prosperi de Augustino: & Joannis Baptistæ Scortix in selectas summorum Pontificum constitutiones Epitomen ac theorematà. Deerant Institutiones Juri Canonico, ut non volumina singula Juris Canonici responderent etiam singulis voluminibus juris civilis. Ne tamen quid deesset, Paulus IV. Pontifex, qui pontificatum inijt die 10. Kal. Junij, anno à nato Christo 1555. ad earum compositionem animum adjecisse scribitur. Mandavit enim Joanni Paulo Lancellotto JC. Perusino, ut Institutiones Juris Canonici cõponeret; tametsi verò illæ essent compositæ, atque Pontifici etiam exhibitæ, ab eodem tamen confirmatæ non sunt, editæ nihilominus, sed authoritate privata, ante aliquot annos Corpori Juris Canonici, jussu Gregorij XIII. editi, tandem additæ. Hujus Lancellotti errores, infinitis locisprehenduntur. *Lib. 1. Instit. t. 3. De Ecclesiastic. constitutionib. § Decreta.* affirmat, decreta Pontificum Romanorum æquipollere canonibus Conciliorum, & pari cum illis potestate exæquanda, & reverentiã eãdem recipienda esse. *Item eod. lib. tit. 7. Qui eligere, eligi possunt, §. Laicis, docet,* Laicis, etiamsi principes sint, nullo neque consuetudinis, neque præscriptionis, neque conventionis jure ad electionem aspirare, esse permitendum; patroni post factam electionem, honestatis tantum causa, postuladum esse assensum. *Item eod. lib. tit. 18. in pr. scribit,* Chorepiscoporum usum sublatum fuisse in Ecclesia Romana, & in alijs totius orbis Ecclesijs, eiusque institutionem penitus interdictam esse, tanquam improbam & supervacaneam. Sed reliqua non persequar: opus enim esset altero libro Institutionum, quibus Perusini errata, & falsa dogmata emendarentur. Hæc ideò notavi, ut juris studiosos admonerem, ne animum im-

buant Institutionibus hujus authoris, quem contra fidem historiae Ecclesiasticae, contra veteres Conciliorum canones, & contra omne jus, gentium, divinum & civile, tria supradicta & multa alia falsa dogmata edere non puduit. Corollarij loco hic notandum, quod anno 1590. opera Petri Matthæi I.V.D. prodierit liber septimus (ut appellatur) Decretalium seu Cōstitutionum Apostolicarum, post Sextum, Clementinas & extravagantes usque in hodiernum diem editarum, continuatio, quæ etiam recentissimæ Corporis Juris Canonici editioni inserta, sed publicâ autoritate destituta est. Constitueram hîc catalogum Lecturarum & Repetitionum, uti vocant, Juris Canonici, in gratiam studiosorum subijcere, sed chartarum angustia minimè passa fuit. Quocirca lectorem benevolum remitto ad Elenchum omnium authorum sive scriptorum, qui in jure tam civili, quàm Canonico, vel commentando, vel quibuscunque modis explicando & illustrando ad nostram ætatem claruerunt, Nomina & monumenta, partim in lucem antehac prolata, partim in Bibliothecis passim adhuc abdita, complectentem. Initio quidem à Clarissimis præcedentis seculi Jurisconsultis, D. Joanne Nevizano, Ludovico Gomesio, Joanne Fichardo, & Joanne Baptista Zileto, summo studio ac diligentia collectum. Anno verò 1580. Joannis Wolfgangi Freymonij in Oberhausen J. V. D. operâ & studio, tertiâ ferè parte auctiorem, in lucem datum, & in justum atque concinnum ordinem digestum: iamque de novo multorum accessione locupletatum.

MANTISA.

Fuit olim aliud **JUS PONTIFICALE**, de quo ita præclare Marquardus Freherus *lib. 1. Parerg. cap. 30.* Jus publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat, in sacris, in Sacerdotibus, in Magistratibus consistit. Ulpian. *in l. 1. §. Hujus. 2. D. de Just. & Jur. Fab. Quintil. lib. 2. cap. 4. circ. fin.* Ejus quod in magistratibus consistit, pars erat jus Senatorium, Plinius *lib. 8. Epist. 14. ad Aristonem:* *Cum sis peritissimus & privati juris & publici, cujus pars Senatorium*

JURIS CANONICI.

rium est, cupio ex te potissimum audire. Ejus quod in sacris & sacerdotibus partes **JUS PONTIFICALE**, Jus augurale. In his tractabatur de religione cultuque Deorum, de ceremonijs sacrificiorum variorum, auspicijs, extispicijs, deque officio ipsorum Pontificum, Sacerdotum, Flaminum, qui velut sacri quidam magistratus erant, & peculiarem suam hierarchiam habebant, civilem politiam in multis repræsentantem. Atque ideò hæc Juris Publici partes ab authoribus nostris minimè præteritæ fuerunt. Scripsit enim Labeo de Verbis Pontificalibus libros sexaginta octo, Atteius Capito libros de Jure sacrificiorum, Trebatius religionum libros novem, Neratius pontificales quæstiones, & librum de supplicationibus, Varro rerum divinarum libros quatuor, Nigidius de Dijs, Hyginus de proprietatibus Deorum, & alij qui passim allegantur à Gellio, Macrobio, Varrone, Festo, Nonio, Prisciano, Seneca. Mirumque est, à recentiorum nullo, has antiqui Juris partes restauratas, & ex professo tractatas esse. Quod ipse aliquando aggressus fueram magnis viris authoribus, quibus id receperam me præstiturum. Sed nescio quomodo talia tractati idem non contingere non potest, quod Livius queritur *Dec. 5. lib. 3.* ut vetustas res scribenti nescio quo pacto antiquus fiat animus. Atque ideò, cum hoc ingenium & qualemcunque profectum alijs muneribus occupationibusque gravioribus deberi animadverterem, veluti novo opere nuntiato à re cœpta atque adeò affecta destiti, reputans apud me & volutans subinde, si quis totum illud Jus (quod tamen intercidit omne) restitueret & repararet: idem tamen de eius opere his Christianis temporibus, sentiendum fore, quod de ipsis Pontificum libris judicat Lactantius *lib. 1. de fals. relig. c. 21.* Non exigo, ut aliquis Poëtarum fictionibus credat, qui hos mentiri putat, Pontificum ipsorum scripta consideret, & quidquid est literarum ad sacra pertinentium revolvat, plurima inveniet, ex quibus intelliget, inania, inepta, commenticia esse omnia, quæ pro sanctis habentur. Si quis autem percepta sapientia deposuerit errorem, profectò ridebit ineptias hominum penè dementium. Et de omni denique antiquitate idem sentio, quod de Philosophia Ennianus Neoptolemus ait,



ait, philosophandam esse, sed paucis: Nam omnino non placet. Ita degustandum ex antiquitate, non in eam ingurgitandum. Degustandum autem tantum, quantum necesse est ad Juris Civilis cognitionem. Hæc M. Freherus. Sed quod magnus ille vir, qui mihi, dum viveret, amicissimus fuit, morte præventus, & ob causas alias commemoratas præstare nec potuit, nec voluit, id ipsum, magno Reipublicæ literariæ cum bono, posteritati exhibuit Jacobus Gutherius, quatuor libris, de veteri jure Pontificio Urbis Romæ editis.

FINIS



Strassberg, Diss., 1623-26

X2617020

WDM





31 475.
16265
76
~~LXIX~~

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ
I.
DIATRIBARVM
CANONICARVM,
DE
JURIS CANONICI LIBRIS,
QVOD,
D. O. M. A.
P R A E S I D E
JOACHIMO CLVTEN
MEGALOPOLITANO,
J. V. D. ET P. P.
PVBLICÆ CENSVRÆ SVBMITTIT
PHILIPPVS DAVBER
ALZEANO-PALATINVS.
⦿(O)⦿
ARGENTORATI,

Anno M. DC. XXVI.

